

1
112
2
3a
3b
4
5
6
7
7



1715.

- 1^o ⁵ Martineller, Goth. Christ: De vite virginis, & marito
cotinual, non prostante. 2 exempl.
2. Brenschus, Adamus: De febr. querquera.
- 3^a ³ Gubner
3^b Gubner, Mich. Haur.: De palatinato Thuringiae
4. ^{a, b} Gubner, Mich. Haur.: De iure incerto ex rati'a Legum,
quibus abitur, au' firmitate oriuntur.
5. Gubner, Mich. Haur.: De his, quae ex iure protestationis
matrimonialis ad reliquia sacramenti perperam
referuntur
6. Gubner, Mich. Haur.: De iuribus Palatinato Saxonici
Vici Electori propriis
7. Gubner, Mich. Haur.: De praesidiis principum ex
abusu iuris Furthimulii
- 7^a ¹⁷⁵⁵ Hildiger, Sigism. Gubner. De foro clerici delinquentis. Ra. 1755
8. Hornius, Leop. Haur.: De privilegio iur. H. Sax.
post arum Causarum circa usuras in concursu clerici
Saxoniae

9. Fanus, Fr. Guil: De viris eruditis Gedeit orbis.
10. Fanus, Fr. Guil: De censo Romanorum & I.
11. Fanus, Fr. Guil: De Bajuaria Francie subiecta
12. Kraemer, Carl Fridr: De inaequalitate
hominum.
13. Lyserus, Polyarpus: De vita et scriptis Franci
Bodini
14. Lyserus, Polyarpus: De genuina historia literaria
15. Mendler, Gotfrid. Lud: De usua forensi Scti. Mac.
Ioviani in Germania
16. Wagnerus, Godfr: De eruditio multorum.
17. Wagner, Godfr: De eruditio multorum.
- 17^a Weidler, Fr. Fridr: De fanatione Judaica.
- 18^a Wender, Fr. Balther: De jure represselliarum
inter principes imperii. 2 Tomi. 1715^a. Recurs
1748.
19. Wender, Fr. Balther: De laboro facultatis
in eligendo vitae genere, laboris permittendum

20. Wucher, L. Bellin : *Recta forensia*.



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



2. D. E. F.

DE

16. / 14

VIRIS ERVDITIS
GEDANI
ORTIS

1715
9

DISPVT. I,

QVAM

AVSPICIIS SERENISSIMI PRINCIPIS ET DOMINI,

DOMINI

FRIDERICI AVGVSTI

ELECT. SAXONICI HEREDIS, ET RELIQA,
PRAESIDE

IO. GVIL. IANO,

HIST. P. P.

DIE. X. APRIL. A. O. R. M DCC XV,

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISIONI
SVBMITTET
AVCTOR

M. ANDREAS CHARITIVS,

GEDANENSIS,

38.

PITTEMBERGAE, EX OFFICINA HORNIANA.





DE
VIRIS ERVDITIS
GEDANI
ORTIS
COMMENTATIO.

I.



Ruditorum Virorum vitas exponere & scripta recensere, vetus ac laudabile institutum est, quod non minus ad illorum gloriam, quam ad posteritatis exemplum & utilitatem pertinet. Quamvis enim virtus proprio quodam splendore luceat, & aliorum commendationem non desideret: tamen ipsa dies, ut alia omnia minuit, ita hujus quoque memoriam saepe obscurat, ac tantum non prorsus extingvit. Similis videtur Gassendo (*) *fama Virorum eruditorum crepusculo, quae licet initio clara, ita tamen*

A

par-

* In praefat. vitae Peirescii.

paulatim evanescit, ut tandem in tenebras abeat. Quare jam olim de Graecorum philosophis bene meriti sunt, qui historiam eorum conscripserunt, praeter ceteros a Joan. Jonfio integro libro recensiti. Idem Romani, non tantum in magnorum Imperatorum, sed & in Grammaticorum, Oratorum, aliorumque doctorum virorum memoria conservanda imitati sunt, de quibus legis Vossium in Arte historica C. VII. Voverium Polymath. c. 12. & Morhofium Polyhist. L. I. c. 19. Taceo recentiorum scripta literaria, quorum hodie non inopia, sed multitudine propemodum laboramus.

II.

Vix vero ullum genus scriptorum crebrius labi ac errare videas, quam eorum, qui universalem quandam biographiam vel historiam literariam tradere aggrediuntur. Vnde non contemnenda videtur eorum industria, qui in unius tantum ordinis, vel aetatis, vel loci, viros eruditos diligentius exponendos omnem operam & curam conferunt. Hoc animo eruditorum Hispanorum notitiam praeter ceteros dederunt Andreas Schottus & Nicolaus Antonius, Gallorum Andreas du Chesne, Scaevola Samarthanus, Carolus Peraltus, Anglicorum Joan. Lelandus & Balaeus, Danorum Albertus Bartholinus, Suecorum Joan. Schefferus, Polonicorum Simon Starovolscius, Hungarorum David Czvitingerus, Italarum Joan. Imperialis, Paulus Jovius, Siculorum Petrus Carrera, Hieronymus Ragusa, & novissime Antoninus Mongitorius, Belgicorum Albertus Miraeus, Valerius Andreas Disselius & Franciscus Swertius. Sed & praeterea singularum gentium ac civitatum Germaniae eruditos nonnulli ex instituto sibi describendos sumserunt, ut Westphalorum David Chytraeus & Joannes Ca-

feli-

selius, Cimbrorum Joannes Mollerus, Silesiorum Martinus Hankius & Nicolaus Henelius. Helmstadiensium, (potissimum Theologorum) memoriam illustravit Gebhardus Theod. Meierus, Cygneorum Joachimus Fellerus, Hamburgensium Joan. Albertus Fabricius, Augustanorum Paulus Ambergerus, Annaebergensium Joannes Dietericus, alii aliorum. Horum igitur exemplo pariter ac amore patriae, quo optimus quisque ducitur, excitatus, simile quippiam in recensendis *viris eruditis Gedani ortis*, qui quidem huc dum in notitiam meam pervenerunt, tentare constitui. Equidem non diffiteor, complurium ex iis memoriam, cum ab aliis vitarum scriptoribus, tum praecipue a Pl. Rev. Cive meo Ephraimo Praetorio, in Athenis Gedanensibus renovatam esse. Atenim hujus longe diuersum institutum fuit, qui non Gedani natos, sed docendi munere in illius pariter ac Torunensium & Elbingensium Gymnasiis aut Lyceis functos, recensuit. Illi vero, pluribus intenti, multa partim neglexerunt, partim minus accurate tradiderunt. Quare non inutile aut supervacaneum duxi, horis subcisivis ab illis ommissa supplendo, & hinc inde dispersa colligendo, Eruditos Gedanenses uno conspectu tibi, L. B. perlustrandos exhibere, in quibus aliqua saltem, ex domesticis praesertim monumentis deprompta, invenies, quae in aliis frustra requiras.

III.

Quinque omnino partibus totam hanc commentationem volebam absolvere, sic ut in classibus quatuor prioribus eruditos secundum ordines suos sifterem, quinta vero diversae religionis viros complecteretur. Sed plerisque hoc *ἡδίστα* evolventibus commodius fore, duxi, si solo litterarum ordine Eruditos Cives meos contemplandos darem,

A 2

cum

cum praefertim recorderer, eadem alios quoque usos esse via & methodo. In unaquaque vita exponenda, quantum fieri in praesentia potuit, delectum adhibui, non imitatus vulgarem τῶν Σιογράφων consuetudinem, quibus nimis arridet micæ ex mensis eruditorum colligere, & communissima quaeque de iis observare. Interim ea negligere religio mihi fuit, quae lectu nec injucunda, & historiae literariae studio profutura viderentur. Ne quidem illos omittendos duxi, quos, nulla forsitan aut exigua ceteroquin eruditione conspicuos, in historia sacra, ob motus quondam in coetu divino excitatos, solerter annotandos alii judicarunt. Porro dum illos duntaxat enumerare volui, qui scriptis & ingenii monumentis domi forisque inclaruerunt, ceteros eruditionis laude nequaquam defraudatos volo. Non enim ignoro, multos, quorum scripta, si quae exstant, mihi videre non contigit, bene de re sacra & literaria meritos esse. Exempli saltem causa nomino CONSTANTINVM FIDLERVM, qui Dantisci nobili loco natus A. 1579. d. 6. Martii, Superintendententis spartam ad aedem D. Mariae Rostochii sustinuit, & ibidem obiit A. 1644. d. 20. Octobris, cum annos aetatis exegisset 65, & menses 8. De quo legatur programma funebre, quo D. Joan. Quistorpius obitum nostri Fidlerii Civibus Academiae Rostochiensis indicavit. Insertum illud est D. Georgii Henr. Goetzii Elog. Theol. Germ. p. 182: item ADRIANVM PAVLI, natum Dantisci A. 1548, Pastorem Ecclesiae Petro - Paulinae Reformatae in patria, A. 1611, d. 30, Martii, aet. 63, defunctum, de quo legatur Regensvolscius in Systemate Hist. Eccles. Slavonicae, p. 374. Freheri Theatr. Vir. Erud. Clar. p. 360, quibus addatur Melch. Adami in Vitis Theol. Germ. p. 384, b. edit. Francof. ad Moen.

Moen. 1706. Sic quoque EVERARDVS ROGGIVS, Dan-
tiscanus, Consul Culmenfis, vel eo nomine celebris est, quod
in illorum numero fuit, qui in urbe Culmenfi Lutheranam reli-
gionem primum sunt amplexi. Quare Philippus Melanchthon
plus una vice hoc cum Viro, eruditione, prudentia & vir-
tute praestanti, fratre suo, (uti Melanchthon ipse eundem no-
minat) commercium literarum instituit. Quod videre est
ex epistolis, quae junctim prodierunt Lugd. Bat. 1647, 8, ubi
pag. 302. sq. VI. epistolas ad Everardum nostrum missas reperies.
Ne dicam de FERBERIS, SCHVMANNIS, SCHLIEFFIIS,
aliisque de republica immortaliter meritis. Sed si eos om-
nes recensuissem, modum utique hujus Dissertationis ni-
mum quantum transiissem. Illa quoque Reipublicae ac
Ecclesiae patriae sive lumina, sive columnina silentio venerari
jam malui, quae adhuc divini Numinis gratia multorum
in solatium atque emolumentum, vita fruuntur, & ut quam
diutissime perfruantur, cum bonis omnibus opto. Quid
enim memoria & mausoleis his opus, qui ipsi viva sunt al-
liis virtutum, & eruditionis exempla? Ceterum nec dememini,
vitae hujus communem & sempiternam quasi legem esse,
errare, labi, decipi, cum primis in istiusmodi argu-
mento, quod diffusam scriptorum lectionem requirit. Quare
facile credo, offendere me alicubi potuisse. Spero tamen
& confido, errata, sicubi occurrent, eam veniam impetra-
tura esse, quam ipse aliorum in hoc genere lapsibus libenter
impertivi. Age vero, Patria mea, atque has Exercitationum
mearum Academicarum primitias aequi bonique consule,
nihilque dubita, hoc quicquid est speciminis ex haud
fucato in te amore natum profectumque esse.

I.

M. GOTHARDVS *ARTHVSIVS.

Viro huic urbem Gedanum natales dedisse, monumenta librorum ipsius, historici pleraque argumenti, in fronte referunt.

Scripta.

1. Nicodemi Frischlini Nomenclator Trilingvis, opera M. Gothardi Arthufii, Dantiscani. Francof. ad Moen. 1608, 8, praemissa quoque Gothardi ad Senatum Francofurtensem praefatione.
2. Historia Chronologica Pannoniae, usque ad A. 1607, cum figuris, ibid. an. eod. 4to.
3. Mercurius Germanicus, A. 1603, 1604. & 1605, ibid. 1605, 8.
4. Mercurius Gallo-Belgicus ab A. 1605, usque ad Martium A. 1606, ibid. 1606, 8.
5. Partes X Indiae Orientalis, seu Historica Descriptio Navigationum, ab Hollandis in Indiam Orientalem factarum, singulae seorsim excusae, ibid. 1613. fol. Hujus operis partes, ut conjicio, pleraeque, si non omnes, etiam Germanice prodierunt, ex quibus
6. Partem VIII reperi excusam, ibid. A. 1605. fol.
7. Ejusdem operis Partis VIII Appendix, Navigationis tres continens, imprimis vero Historiam Expugnationis novissimae Portugallici Castris Anabonis, Tidoris, Germanice prodit, ibid. 1606. fol.
8. Pars IX Indiae Orientalis, continens Delineationem brevem itineris nonnullorum Hollandorum, & See-

lan-

* Non Gothofredus, ut Koenigius, Biblioth. V. & N. p. 65, illum vocat.

landorum ad Indiam Orientalem, e brevi consignatione Joann. Berckii congestam, Germanice, ib. ap. de Bry, A. 1613. f.

9. Ejusdem operis partis IX Continuatio, Germanice, ib. a. e.

10. Ejusdem IX & ultima pars Americae, de Situ, Elementis, Natura, & Dotibus Novi Orbis, it. de Incolarum cultu superstitioso Deorum, de statu eorum civili, cum serie regum, ab regni primordiis usque ad regem extremum, Germanice, ib. A. 1603. f.

11. Ejusdem Navigatio Nova, trium itinere annorum confecta per Georg. Spilebergium, Praetorem trium navium, ab A. 1604. cum Descriptione splendoris Candy regis, cujus operis editio Germanica lucem vidit ib. A. 1605, 4.

12. Ejusdem Navigationes duae novae, quarum una Jacobi de Neck, thalassiarcae, ex Hollandia ad Indiam Orientalem, altera Joann. Hermanni de Bree, ad eadem loca continet itinera, Germanice cum fig. ib. A. 1605, 4.

13. Ejusdem de Rebus in Regno Anti-Christi Memorabilibus, A. 1609.

II.

ELISEVS AVRIMONTANVS.

Pseudonymum hunc, quem I.B. Schuppius loco paulo post citando, expressis verbis nominat *ein Dantziger Kind*, etsi non optime de patria sua sentientem, huc quoque mihi referre liceat.

Scripta.

Edidit ad Dantiscanos Epistolam, Lingva latina conscriptam, in qua Vatem iis popularem exhibet, A. 1638, 4.

Fra-

Fragmentum hujus epistolae extat in Schupp̄ii opp. *T. I, p. 359.* Autorem ejus esse Danielem Crufium, S. I. putat Piascius in Chronico gestorum singularium in Europa, ad A. 1638. p. 501. Alii tamen Philippum Lackium, Ex-Secretarium Gedanensem, autorem faciunt. Opposuit huic Aurimontani epistolae epistolam responsoriam Joan. Ernest. Schroeerus, quae vanitatem ipsius ob oculos ponit, excusam Alithopoli A. 1638, 4. A cujus latere etiam stetit Christophorus Riccius, Syndicus Gedanensis, qui sub nomine Constantis Sinceri edidit Spongiam in Elisei Aurimontani epistolam, contra Dantiscanos nuper editam A. 1638, 4. Nec tacere voluit Justus Patricius, seu, ut vero eum appellem nomine, Michael Borckius, Secretarius Gedanensis, qui edidit Breve[m] Responfionem ad Elisei Aurimontani in Dantiscanos epistolam A. 1638, 4. Ὑπερασπίστην Elifeus noster habuit Joan. Anton. Carniolum, qui vulgavit Elifeum Aurimontanum defensum A. 1639, 4. Legatur omnino M. Sam. Joach. Hoppii Schediasma de Scriptoribus historiae Polonicae p. 113, quod eruditus, B. Grodeckii, & historiae patriae diligentis Investigatoris, Dn. Valentini Schlieffii, Patricii Gedanensis, Patroni mei Generosissimi, supplementis auctum, praefixum est Joan. Dlugoffi seu Longini historiae Polonicae, editae Lips. 1711, F.

III.

ERNESTVS BARTHOLDI.

Hujus extat oratio, de Laudibus Boruffiae, quae prodit Dantisci A. 1653, 4. Quoniam vero Gedanum, quantum memini, plures, ejusdem nominis, quondam fovit viros

ros doctos, confusionis evitandae gratia eos hic enumerandos esse duxi. Notus enim est hac in civitate (1.) *Petrus Bartholus*, Golnovia-Pomeranus, qui fuit Rector Scholae Barbarinae, & diem obiit A. 1624. (2.) *Casparus Bartholdi*, V. D. M. ad aedem S. corporis Christi, ante civitatis portam sitam, qui decessit A. 1679. (3.) *M. Gorhofredus Bartholdi*, pastor Vossliensis in ditone Senatus Gedanensis, defunctus A. 1713.

IV.

MICHAEL BLANCKIVS. (b)

Hujus natales urbs Gedanum sibi vindicat, fatente id cum Wittenio l. citando, tum Blanckio ipsomet. (c) In celebri hoc Prussiae emporio eum A. C. clv Is LXXXVI, natum esse, ex anno ejus emortuali colligi potest. Tempus, studiis destinatum quam strenue collocaverit, non pauca, doctrinae & judicii ejus, specimina testificantur. Quas, aliasque virtutes, cum Magnus Patriae t. t. Senatus in Blanckio nostro observaret, Diaconi eum muneri ad aedem D. Catharinae Palaeopolitanam admovit: quam egregiam spartam,

B

tam,

(a) Confer. de eo Plur. Rever. Dn. Ephraimi Praetorii Athen. Gedan. p. 90.

(b) *Καθηγηται* huic nostro Blanckio sunt *Salomon Blanckius*, nec non *Otto Blanckius*, quorum hic Diaconum ad D. Petri in urbe Lubecensi egit & A. 1692 obiit. Ille vero pastor fuit Toruniensis & A. 1656, d. 19. Augusti, peste consumtus est, ap. Hartknochium H. E. Pr. p. 900.

(c) Oratione funebri, in obitum M. Herm. Rathmanni habita, cujus ipsa inscriptio Dantiscanum hunc appellat.

tam, divino nutui resistere nolens, Blanckius grata mente suscipiebat. A. cto Ioc xiv, (a) praemissa oratione auspicali, non sine applausu audientium, verbum Dei publice docere coepit, & istas officii partes, qua par erat, diligentia atque cura peregit, donec in locum M. Herm. Rathmanni, Pastoris eo tempore ad aedem, quam dixi, Catharinalem, successit. Qua in dignitate mortuus est A. cto Ioc xxxvii, mensis Octobr. d. xxii, aetatis LI, muneris xxiii. (b) Duo potissimum in historia Ecclesiastica hoc de Blanckio notata observavi. Primum pertinet ad controversiam, quae A. cto Ioc xviii. non sine magna animorum contentione super libris Arndianis de vero Christianismo Gedani oriebatur. In qua ita se gessit, ut charitati plus, quam veritati dedisse nonnullis videretur. Quam in rem, praeter Hartknochium, (c) consulenda est summe Rev. D. Wernsdorfii, Patroni, & Amplificatoris studiorum meorum, nomine haud uno, quoad vixero, religiose colendi, erudita de libris Arndianis de vero Christianismo disputatio, (d) ubi inter alios, qui pro Arndio strenue pugnarunt & a partibus Dilgeri steterunt, hunc etiam Mich. Blanckium cernere licet. Sed hac de controversia cum paulo post in ipsa Dilgeri vita pluribus exponendum sit, eo lectorem remitto. Alterum est, quod fortiter ab Rathmanni, infelicis illius Arndiani ὑπερασπιστῆς, steterit partibus, eumque cum ceteris, ab eo dissidentibus, conciliare studuerit.

Scri-

- (a) Vid. Ephr. Praetorii *Dantziger Lehrer Gedächtniß* p. 6.
 (b) Praetorius l. c. Wittenii *Diar. Biogr. P. I.* ad annum dictum.
 (c) *Hist. Eccl. Prut. Lib. III, c. 8, p. 793.*
 (d) *Speciatim p. 18, §. 7.*

Scripta.

(1) Literas Michaelis Blanckii de Illuminatione ad Menzerum memorat Hartknochius H. E. P. L. III, c, 8, §. 8, & de iis iudicium facultatis Theol. Rostochiensis requisitum ostendit.

(2) Sermones Sacri per plures, inter quos propter argumenti utilitatem nominatim recenseri meretur *Christliche Leich-Predigt, aus der 1. Cor. IV, v. 9--13, bey der Begräbniß Herrn M. Hermannii Rathmanni, Weyland Pastoris der Kirchen zu S. Catharinen in Dantzig, Dantzig 1697, nach dem Exemplar von A. 1628, 4.*

Huic subiungitur, 1.) Apologia pro Rathmanno, in qua formulas ejus loquendi suspectas emollit, doctrinam eo tempore Chiliafmi, Zwinglianifmi & Svencfeldianifmi accusatam modis omnibus tueri conatur, & vitam denique ejus ab omni arrogantiae suspicione, in quam vocabatur Rathmannus, liberare studet. 2.) Appendix, doctrinam de illuminatione, sibi cum Rathmanno & Svencfeldianis haud communem, exponens. Copia hujus concionis cui deest, adeat vel solum B. Constantini Schützi librum, cui titulus: Manes Rathmanni intempestive evocati, cui integra haec Oratio funebris p. 44. inserta est. Observavit id etiam Celeberrimus Sebastianus Edzardus, in Impietate Cohortis Fanaticae p. 6. & 7. edit. Hamburg. A. 1703, 4.

B 2

V.



V.

DANIEL BECKHERVS, (*)

Medicinae Doct̃or, ejusdemque in Academia Regiomontana Prof. P. Ord. Serenissimi Electoris Brandenburgici Archiater atque Confiliarius, lucem hausit Gedani A. O. R. clo lo xciv. Tanta in sua arte sibi acquisivit eruditionem, ut nomen *Hippocratis Prussiae* a viris erudit̃is reportarit. Teſtantur id vel ſequentes verſiculi Jconi ejus ſubjuncti:

Beck-

- (*) *Ὀμόνομος* huic Beckhero eſt filius ejus *Daniel Beckherus*, natus Regiomonti A. 1626 d. 5. Jan. qui pariter fuit artis ſalutaris Doct̃or, ejusdemque in Academia Regiomontana P. P. Ord. Serenissimi Electoris Brandenburgici Archiater atque Confiliarius, nec non dictae Academiae t. t. Magnificus Rector. De quo d. 10, *ὡς ἐν παρόδῳ* nobis obſervare liceat. Primo, quod, vix annos decem & ſeptem natus, in Jubilaei Academiae Regiomontanae ſolemnibus, non ſine applauſu eruditorum, verba fecerit, dignus adeo, qui in numerum praecocium eruditorum referatur, de quibus Balleus, Kortholtus, Wolfius, alii copioſius expoſuerunt. Alterum eſt, quod ſaſces ſecunda vice infulasque Academicas Conſulares tenens, in eo pulcherrimo ornatu, iterum ſponſus, adeoque inter ipſa nuptiarum ſolemnia, ſolem imitatus, ſub occaſu radios optime ſpargentem, hoc orbe beatus A. 1670. deceſſit. Vid. Programma, quo funus ejus civibus Academiae Regiomontanae indictum eſt quod reperies in Wittenii Memor. Med. p. 271. Ubi tamen graviffimus Wittenii error notandus eſt, quando ſcripta parentis hujus Beckheri, filio modo nominato tribuit, quorum unum prius editum eſt, quam Beckherus, filius ejus, lucem hanc aſpexit.

Beckherum ecce, tibi, Lector, quem clara disertum
 Produxit Gedanum, *Prussidos Hippocratem.*

Exquisitam hanc, in arte salutari scientiam felicissima curatione Cultrivori Prussiaci & multis aliis rebus ostendit. De qua curatione orbi erudito peculiarem quandam observationem, infra citatam, reliquit. Obiit tandem vir celeberrimus A. cl^o l^oc LIII, d. 18. Octobris, aetatis 59.

Scripta.

1. Spagyria Microcosmi, tradens Medicinam, e corpore hominis, tum vivo, tum mortuo, docte eruendam, scite praeparandam, & dextre propinandam, Rostochii a. 1622, 12. Editio tertia circiter parte auctior & correctior prodit Lugd. Bat. a. 1633, 4.

2. De Cultrivoro Prussiaco observatio & curatio singularis, Decade Positionum, variis, variarum observationum, historiis refertarum, illustrata, Regiomonte a. 1636, 4. Lugd. Bat. 1638, 1640, 8. Germanice, Regiomonte 1643, 12.

Hanc historiam cum etiam Theodorus Craan, Philosophiae & Med. D. in Libro suo Physico-Medico de Homine, ejusque statu naturali & praeternaturali, Lugd. Batav. 1689, 4, cum fig. aeneis a Theodoro Schoon, Med. D. Hagienfi, edito, ex Ephemeridibus Germanorum, ipsaque inscriptione in Bibliotheca Elect. Brandenburgici Regiomontana, abs se visam confirmaret: adversarium ea in re habuit Davidem Graebnerum, Philos. & Med. D. Vratislaviensem, in Medicina Vete-

ri Restituta, sive Paragraphe Hippocratico-Galenica in Theodori Craanen tractatum Physico-Medicum de Homine, Lipsiae, A. 1695, 4. p. 66. In dubium quoque vocavit hanc historiam Anonymus quidam in Oeconomia Animali ad circulationem sanguinis breviter delineata, & in duas partes distributa. Quem tamen libellum natales suos debere collegio privato ipsius D. Theod. Craanii, & eo invito & reclamante proditum esse, Vincent. Placcius ex ore auditoris hujus Craanii didicit. Legatur ejus Theatri Anonym. p. 251. n. 1013. Sed ut taceam, hanc historiam ab Hartknochio, scriptore domestico, & fide digno, Prut. N. & A. P. II. c. 2. fol. 350, confirmari, ex quo eam repetit Zieglerus Theatri Temporis p. 551, n. 4. geminum prorsus exemplum refert Tentzelius *Monatl. Unterred.* A. 1691. p. 394. it. A. 1692. p. 905.

(3.) Medicus Microcosmus, Lugd. Batav. A. 1633. 4. Londini, 1660. 4.

(4.) Historia Morbi Academici Regiomontani, seu Febris malignae epidemicae, Civibus academiae Regiom. imprimis communis mensae Electoralis Convictoribus funestae, cum indolis & causarum ejusdem Explicatione, Problematis nonnullis inclusa, Regiom. A. 1649, 4.

(5.) *Kleine und nützliche Hauß-Apothek, in sich haltend die Beschreibung des Wachholder- und Holunder-Krauts.* ib., 1650, 8.

(6.) *Vom Blutgange.* ib. a. 1650, 4.

(7.) Anatomia infimi ventris, dispp. 12. delineata A. 1634, 4.

8 Dispp.

(8.) Dissp. varii argumenti, de Asthmate, de Cardialgia, Dysenteria, Catarrho, Pestilentia &c.

VI.

CHRISTOPHORVS BEHRIVS. (*)

Hic vir, in quo dotes ingenii & morum certare videbantur, bono quodam fato, me quoque aetate prima in sui, dum viveret, amorem mirifice rapiebat. Fuit autem ille Eloquentiae & Poeseos, olim in Athenaeo Gedanensi Prof. P. percelebris, quem vagientem excepit Gedanum A. clō 16c XLII, d. VII. Quintilis. Quanto gaudio in suos amplexus paternos Christophorus Behrius, mercator ibidem florentissimus, foetum hunc, Elisabethae Mayeriae suae foecunditate editum, susceperit, cura pro filio recens nato atque educatio bona satis demonstrant. Nihil certe intermisit cum matre, quod ad eius institutionem pertinere videret. Ac principio quidem disciplinae praeceptorum, sigillatim Rectoris, eo tempore in Schola Mariana solertissimi, Jacobi Zetzkiū Christophorum tradidit. Postea vero non sine laude Gymnasium patrium ingressus noster, Rectori Summe Reverendo D. Joanni Maukifio, immo literis ipsis, ita se totum dedit, ut difficile fuerit iudicatu, utrum Professores majore studio humanitatis artes proponerent, an ille ar-

(*) *Quidam* habet *Conradum Bertholdum Behrium* Doctorem Medicinae Hildesensem, cujus epistolam ad G. G. L. de opere genealogico familiarum emortuarum promisso, recensent Liphenses Aetorum Erud. ad a. 1695. M. Octobr. p. 462. Edit hic quoque *Selecta Diaetetica*, Ff. a. 1710, 4.

arriperet. Qua diligentia, multorum, imprimis Joan. Petri Titii, antecessoris sui perquam celebris, amorem sibi non obscure conciliavit, cujus etiam commendatione factum est, ut Bartholdus Cornelius a Luezw, privignus Viri Generosi & maxime strenui, Valentini a Winter, militum praefidiariorum in illa urbe praefecti fortissimi, Behrii hujus privatae institutioni permitteretur. A. clō Ibc Lxiv. cum eodem Luezwio in Academiam Rostochiensē profectus est, ubi antesignanos in omni doctrinarum genere nactus est Augustum Varenium, Henricum Müllerum, Joan. Quistorpium, Laurebergium, Morhofium, Wasmuthium, aliosque. A. clō Ibc Lxvi. in Montem Regium, & paulo post Rostochium denuo se recepit, annumque ibi commoratus, Varnum cum Viadro commutavit, & ibi studia, Musaeque coluit. Tum vero singulari quadam Dei providentia Nobilissimo Viro, Sigismundo de Fürst & Kuppferberg, Reipubl. Vratislaviensis Senatori, Hereditario in Albrechtsdorf, quem tamen viderat nunquam aut noverat Noster, innouit. Hanc conditionem eo minus repudiandam putabat, quo magis nutui divino parendum esse sciebat. Etsi vero ibi fortunae suae figere sedem potuisset, natalis tamen soli dulcedine retractus est, ibique A. clō Ibc Lxxiii. a Magnifico Urbis Senatu exceptus tam benevole, ut anno statim insequente ad vacuum Rectoris, in ludo Catharinaeo, munus admoveretur. A. clō Ibc Lxxxv. ad docendam, in Illustri Rigenium Gymnasio, Mathesin, vocatus, patriae interfervire praeoptabat, quem affectum patria mutuo quodam amore, novaque adeo sparta remunerabatur, dum ei A. clō Ibc Lxxxviii.

clō Jc LXXXVIII. d. xxvi. Octobris, professionem Eloquentiae & Poeseos, Joan. Petro Titio rude donato, publice tradebat. Quas ille curas, quas vigilias in hoc munus impenderit, dici vix potest. Auditoribus suis adeo se facilem praebeuit, ut nihil temere in oculis ipsius eruditionis esset tam reconditum, quod non cum omnibus sine invidia communicaret. Postremo, nihil illo suavius fuisse, auditores ejus, uno omnes ore, confirmarunt. Immo, quantum apud externos quoque expertus fuerit amoris & existimationis, epistolae summi Schurtzschii, & aliorum testantur. Ille enim Epistolarum T. II. p. 341, inter alia sic ad Behrium scribit: *Amo Viros, elegantioris doctrinae vindices, maxime eos, qui munditiem orationis servant, & Graecas simul Latinasque literas, in soluta perinde ac vinc̄ta oratione gnauiter exornant. Hoc magis tibi gratulor, in urbe opibus & ingentis florente nato, ut verae & veteris eloquentiae nitorem & cultum in loco ad laudem & libertatem gentis delecto, instaurares.* Pag. 371. epist. 251, postquam suum aperuit iudicium de verae oratoriae fontibus, mox subjungit, *haec tu percalles optime, & doces utilissime, & de republ. quam literae ornant, libenti animo ac magna cum laude, quam nulla tibi invidia eripiat, mereris.* Pag. 471. ejusdem T. II. pariter ad Behrium extat epistola, & pag. 510. epist. 341. ad B. D. Samuelem Schelgwigium data, haec de Behrio nostro scribit: *Behrii, Viri Clarissimi, mortem doleo, vix parem illi in hoc studiorum genere reperiatis. In soluta pariter ac vinc̄ta oratione res feliciter consecutas habuit, & mihi vel ea de causa percharus fuit.* Circa exitum vitae ipsius id observandum venit, eum inter meditationes sacras, quibus, uti quotidie, ita Dominica Misericordias Domini indulsit, para-

C

lyfi



lysi tactum, suoque in musaeo semianimum fuisse re-
perum, & paucorum dierum intervallo, A. C. clo lccciv. d. x.
Aprilis, sexagenario majorem, A. aet. LXI. & mensibus IX.
confectis, diem obiisse supremum. Quamvis autem tres
habuerit conjuges, ex harum tamen nulla sobolem ullam
vidit. Plura dabit de hoc Behrio Programma Rectoris &
Professorum Athenaei Gedanensis, quo ejus obitum publice
indicarunt.

Scripta.

(1) Lembus seu Dialogus Geometricus, Vratislaviae
1672, 4.

(2) De Fide Demonstrationum Archimedis, & de Me-
diis Geometricis per Circinum & Regulam indagandis a
1673.

(3) De Muris Urbis Romae Conjectura, a. 1689, 4.
opus, quod dolendum, imperfectum.

(4) Exultans Flammula in Serenissimi Joannis III, co-
ronatione accensa exiit Gedani 1676, fol.

(5) Oratio Panegyrica in obitum Joannis III, Polonia-
rum Regis, Gedani 1699, fol.

(6) Commentariolus de Origine nominis Augusto-
duni, Civitatis olim in Burgundia, ib. 1699, 4.

(7) De Memoria antiqua Terrae Borussiae fragmen-
tum breve, in 4to.

(8) Introductio in M. Tullii Ciceronis libros III, de
Oratore in 8vo.

(9) Rivi Pliniani, seu Imitationes e Plinii Panegyrico
&c. in 12mo.

(10) Carmen Epicum, in honorem regii adventus in
civitatem Gedanensem a. 1698. fol. (11)

(11) Schediasma Paraceticum, ad Daniele Schlieffium, Reipubl. Gedan. Confulem Seniore & Proto-Bibliothecarium, super obitu Conjugis Agathae Bodeckiae 1699, fol.

(12) Controversiarum in C. Plinii Secundi Panegyricum Octo Agones, Gedani 1700-1703, 4.

(13) Thermae Carolinae, Gedani 1705, 8. opus posthumum.

(14) C. Plinii Secundi Panegyricus, cum notis potissimum Lipianis, & Additamentis ac Diverriculis Behrii, opus posthumum, Gedani 1707, 8.

(15) Carmina, Programmata & Disputationes varii argumenti, ex quibus disputationes recenset Dn. Ephraim Praetorius Athen. Gedan. p. 149.

Inter opera ejus inedita maxime celebratur in praefatione libri, n. 14. enumerati, Meditamentum singularis artificii practicum de Compendioso Rei Vehicularis motu, cui tamen immortalus est.

VII.

HENRICVS a BOEMELN. (*)

Nobilissimus hic Vir Parisiis A. C. cIdo Idc xxxviii,
C 2 in

(*) Nobilissimum hoc nomen in hunc usque diem Gedani percelebre est (1) in Dn. *Georgio a Boemeln*, Prae-Cos. olim Gedan. ex cuius nomine Pastorius sequens eduxit anagramma: REGO LEGIBVS MOENIA. (2) in Viro Per-Magnifico, Generoso maximeq; Strenuo Dn. *Gabriele a Boemeln*, Prae-Consule, & h. t. Senatus Praefide, reliqua, longe meritissimo, Patrono & Amplificatore meo, devotissimo a nimi cultu aeternum prosequendo. (3.) in Viro Nobilissimo, Spectatissimo, Amplissimo, Dn. *Georgio Simone a Boemeln*, Patricio Gedanensi erudito.

in ipſo aetatis flore extinctus eſt, cui celebris ſuo tempore
Poëta *Joach. Paſtorius, Lib. VI. Sylvarum p. m. 18.* ſequens po-
ſuit Epitaphium.

Natus in Arctoa, Prufforum ad littora, terra,
Muſis in patria tempora prima dedi.
Poſt quaerens maiora, alias proficiſcor ad oras,
Poſt Batauosque tuum, Galle, pererro ſolum.
Hic morbo raptus, morior. Lacrymatis Amici?
Non domi eram, nequii rectius ire domum.

Scripta.

1. Sacrum devotae mentis in Honorem Vladislai IV,
peractum Athenis Bregelaniſ a. 1633. M. Februario, prodiit
Dantiſci anno eod. f.

2. Panegyricus in laudem Magni Polonorum ac Sve-
corum Regis Vladislai IV, Victoris ac Triumphatoris ſemper
Auguſti, ſcriptus ſub initium anni 1635. fol.

3. Boruſſia liberata lenitate inclyti, indomitarum gen-
tium Victoris, Vladislai IV, Sarmatis creati, Sveçis nati Regis,
Franec. 1636, fol.

VIII.

D. CHRISTIANVS BVKKY.

Vir hic, propter eruditionem & mores compoſitos meri-
to laudandus, natus eſt A. cło lo cLxxvi, d. xxix Aprilis,
patre *μυρνύμω* Mercatore, & tertii ordinis Aſſeffore, ma-
tre Maria Epſtenia. Jactis Latinitatis & literarum in Scholis
patriae fundamentis, A. cło lo cxcv Academiam Re-
gio-

giomontanam petiit, ibique Lepnerum, Hartmannum, Starckium, Sandium, Goltzium & Harvveckium, Medicinae Doctores, per sesquiennium audivit, ac Praefide D. Joanne Mahraunio de Anafarca publice disseruit. A. clō loc xcvi Lipsiam veniens, Pathologiam a D. Frisenio, Medicinam Medico-Forensem a D. Bohnio, Physiologiam & Botanicen, immo totum Artis Salutaris cursum a D. Rivino, Chirurgiam Anatomicam a D. Petermanno per triennium ibi exactum, cupidissime imbibit. Moderante Rivino de Medico inculpato, & sub Praefidio Civis sui M. Gabrielis Groddeckii, de Modo Demonstrandi veritatem in rebus naturalibus, publice disseruit. Hinc clō locc in Belgium abiens, & Lugduni Batavorum familiaritate D. Deckeri, & Bidloi, aliorum Virorum eruditione clarorum usus, Ultrajectum profectus est, ibique praemissa disputatione de Medicina Stercoraria, eodem anno supremos in scientia Medica honores obtinuit. Titulo Doctoris ornatus in Angliam, Galliam, Lugdunum, Helvetiam se contulit. Hinc per Germaniam in patriam delatus, artem suam medicam feliciter exercuit, & mortalitate tandem exemtus est A. C. clō loc cv. d. vi. Julij, anno aetatis xxix. *Leg. Curriculum vitae ejus, annexum Orationi funebri, a B. Constantino Schutzio, Pastore primario aedis Marianae, in obitum hujus Christiani Bukkii habitae, & Nova literaria Maris Baltici ad A. 1706. p. 35.*

Scripta.

(1) Triga Quaestionum Physicarum, quam dissertationem Praefide M. Joanne Christophoro Rosteufchero, r. t. Philos. P. & Biblioth. Auctor & Respondens habuit Gedani. 1695.

C 3

(2)

- (2) De Medicina Stercoraria, Ultrajecti 1700.
 (3) Observatio de Atrophia totius Corporis ex obstru-
 ctione glandularum Mesenterii orta, Gedani 1705.
 (4) Observatio de Hepate Gallinae Macilentae magno
 & ponderoso, Ged. 1704.

IX.

DANIEL CRAMERVS. (*)

Natales huic pariter Gedanum dedit A. C. clb lccxxxiv.
 A. clb lcc lxx. Diaconus ad aedem SS. Trinitatis in patria
 con-

(*) Historiae literariae cognitione vel leuiter tinctus ob-
 seruauerit, hunc nostrum Dan. Cramerum *opusculis* agnosce-
 re (1.) *Dan. Cramerum*, Retzia Neomarchicum, Doctorem Theol.
 Stecini Pomeranorum ad D. Mariae Antistitem, & Gymna-
 archam, mortuum A. 1637, aet. 69. De quo conferatur Wit-
 tenius Mem. Theologorum p. 410. (2.) *M. Joan. Jac. Crame-
 rum*, Danielis hujus Doctoris filium, parochum civitatis Dan-
 tiscanae Joanneum, de quo legatur Praetorii Athen. Gedan.
 p. 68. Confer. de utroque Cl. Joan. Molleri Homonymosc.
 p. 664. n. 32. (3.) *Constantinum Cramerum*, Antistitem pariter
 Joanneum in civitate Gedanensi, qui obiit A. 1673. (4.) *Andr.
 Cramerum*, qui de Vsu Philosophiae in Theologia nonnulla
 meditarus est. (5.) *Joan. Cramerum*, Jurum, qui edidit Com-
 pendium Criminale A. 1675. (6.) *Joan. Cramerum*, Eibingen-
 sem, primo Con- Rectorem, postea Rectorem Gymnasi
 tui, quem mors e vivis sustulit a. 1667. d. 19. Maji aet. 62.
 Conferatur Praetorius l. c. p. 233. (7.) *Casparem Cramerum*,
 Med. D. & P. P. Erfurt. cujus Collegium Chymicum prodi-
 it Francofurti & Lipsiae a. 1688. 4. (8.) *Joan. Rudolphum Cra-
 merum*, Linguae S. in Schola Tigurina P. P. qui parim ex
 Con-

constituebatur, quod officium per annos VII, virtutibus sacer-
dote dignis ornavit. Dolendum vero, praematura morte
ipsum abreptum fuisse florenti aetate A. clō Ioc Lxv II. d. xxx.
Aprilis, cum vix annos tres & triginta vivendo confe-
cisset.

Scripta.

(1) *Der Verstockte Jude*, i. e. *eine Predigt über Ephes. III.
v. 13, als ein Jude seiner Mordthat halben justificiret worden,
und selbiger sich durchaus nicht zum Christlichen Glauben be-
kehren wollen.* Dantzig 1664. 4.

(2) Huic scripto Wittenius Diar. Biograph. Partis I. ad
A. clō Ioc LxvII. d. xxx Aprilis addit librum, cui titulus,
Cancelli Vitae Aeternae, quem tamen videre mihi non con-
tigit.

X.

M. JOANNES COLETVS. (*)

Vir hic, & parentis, & sui ipsius meritis domi foris-
que percelebris, editus in lucem est parentibus spectatae
fa-

Constitutionibus de Primitivis R. Mosis, Filii Maimon,
cum versione latina & notis philologicis a. 1702. editis, par-
tim ex editione libri *Joan. Jac. Crameri*, D. fratris sui defun-
cti, cui titulus, *Theologia Israelis*, erudito orbi innotuit.

(*) Non est confundendus cum *Joan. Coletio*, Equite auri-
to Anglicano, Londini prognato, qui floruit circa Sec. XVI
annum 17, & post impetratos summos in Theologia honores
professione SS. literarum in Academia Oxoniensi, ac demum
Londinensis templi ad S. Paulum Decanatu defunctus est.
De quo illud memorabile est, quod, rejecta pontificia, cui ad-

famae, patre *Michaelē Coletō*, Professore primum SS. Theologiae in Gymnasio Gedanensi, deinde aedis Marianaе Pastore & Rev. Ministerii Seniore venerando, qui stylo pugnauit contra Franc. & Jacobum Adami. Jenae laurea doctoris philosophiae Joannes noster ornatus est, pauloque post in patriam redux, Rectorem primum scholae Johanneae, deinde A. cl. b. c. x. i. v. Gymnasii patrii Oeconomum & Professorem egit. Obiit in civitate patria A. cl. b. c. x. x. i. i., uti refert Praetorius Athen. Gedan. p. 62.

Scripta.

1. Hymnus Natalitius, honori dulcis pueri, JESU, decantatum, edit. Gedani 1614, 8.

2. Pro-

addictus fuerat, religione, reformatam sub Henrico VIII professus, adeo Regi exitit charus, ut ille, habita coram eodem aliquando oratione, calicem vini plenum poscens, Coletō dixerit: *Decane tibi propino, & quem velis, quisque sibi confessorem sumat, tu vero eris mihi doctor.* Exaravit hic Coletus Enarrationes in Proverbia Salomonis, Matthæum & Paulum: it. Conciones ordinarias & extraordinarias & alia scripta. Leg. Jovius in Britannia p. 86. Paul. Freherus in Theatro Virorum Erud. Clar. p. 101. Quibus addatur D. Joan. Andr. Quenstedius, in Dialogo de Patriis Illustrium doctrina & scriptis Virorum p. 94. & 95. & auctor libri illius, cui titulus THE PHENIX, hoc est, Phoenix sive rariorum scriptorum, tam antiquorum, quam modernorum, cujus volumen I & II prodit Lond. a. 1707 & 1708. 8. Ubi voluminis II n. XVII prostat hujus D. Joan. Coleti Oratio Sacra in confessu Cleri Procerumque regni habita, quae ad reformandam in moribus Ecclesiam eos hortatur. Ei orationi subjungitur vita Coleti ex latina Erasmi Roterodami in Anglicam linguam translata.

2. Prosperi Aquitani Episcopi Epigrammata S. super Augustini sententias ibid. 1614, 8.

XI.

PHILIPPVS CLUVERIVS. (*)

De hoc viro merito quoque sibi gratulatur urbs ejus natalis Gedanum, in qua primum spiritum hausit A. clō 16 LXXX. Quo ipso simul clarae & nobili in Bremensium agro

D

Clu-

(*) Jam pridem recte monuit Joan. Mollerus Homonym. p. 663. n. 30. hunc nostrum Cluverium haud esse confundendum cum *Joan. Cluvero*, Crempa-Hofsato, Theol. D. ac Prof. Sorano, Ecclesiarum in Dithmarfia regiarum Antistite a. clō 16c xxxiii. d. xxv. Decemb. aet. 41. cum nuptiis secundis sese accingeret, defuncto, cujus Epitomen historiae universalis perperam Voetius in Bibliotheca Stud. Theol. L, II, c, 10, p, 421, & D. August. Pfeifferus in praefatione Introductionis ad Orientem p, 8, Philippo nostro tribuerunt. Idem hic Mollerus loc. cit. cum Lipsiensibus Aët. Erud. M. Jan. a. 1686. p. 32. recte notavit, a Georg. Stiernhielmio nostrum Philippum in Anti-Cluverio Joannem falso nominatum fuisse. Habuit hic Joannes filium, cui *Michaelis* fuit nomen, qui post obitum patris quaedam ex ejus scriptis & nominatim Tubam Evangelicam edidit. Autor Disquisitionis de Ecclesia Judaica p. 90, confudisse quoque videtur hunc nostrum Philippum Cluverium cum supra laudato Joanne Cluvero, commentationis de Judaeo, inde a morte Christi sospitatoris obambulante, quem immortalem vulgo nominant, auctore; Hunc enim nominat Calvinianum, qui tamen inter Ecclesiae Lutheranae Doctores non postremus fuit. Philippus noster religione quidem

Refor-

Cluveriorum genti novus affulsit splendor, unde de eo paulo copiosius dicere, operae pretium videtur. Pater, ejusdem nominis, rei monetariae Gedani praefectus, quo majoribus a Deo praeditus erat opibus, eo majorem impendit operam, ut ingenium filii, capiendis artibus & scientiis mirifice aptum, in scholis, tanquam bonae mentis officinis, magis magisque expoliretur. His igitur artibus, quarum aetas prima capax esse solet, imbutum filium parens in poloniam misit, ut inter Aulicos non mores tantum gentis hujus & instituta cognosceret, sed cumprimis etiam linguam

Reformatus fuit, sed historiam illam de Judaeo obambulante non scripsit. Alius praeterea in re literaria occurrit D. Cluverus, dicti Joannis Cluveri nepos, Mathematicus Holmatorum clarissimus & societatis regiae Anglicanae collega, cui praenomen est *Dablevus*. Ex scriptis eius Lipsiensis Act. Erud. M. Julio a. 1686, p. 369. laudant Commentationem de Quadratura circuli infinitis modis demonstrata. It. a. 1687. M. Octobris p. 585. Monitum ad Geometras, quibus accedunt Geologia sive Philosphemata de Genesis Structura Globi terreni, nec non *Philosophischer Welt-Mercurius* Partes III. Qui uterque liber Hamburgi, & ille quidem a. 1700, hic 1703, 4. prodit. In illo, cum sententias nonnullas proponeret, scripturae, & Moysi de ortu mundi narrationi contrarias, notatus est a J. Zach. Grapio in pec. diss. quae adeo male Cluverum habuit, ut Satyra quadam in Theologum ante laudatum inveheretur. Retudit tamen illam, qui tunc Respondentis partes in se receperat. Interim hoc profiteamur, multa Cluverum in Mathesi observasse, ut adeo dolendum sit, eum orbi erudito, Hamburgi privatam agentem vitam A. 1709. Cal. Jan. praematura morte ereptum fuisse.

quam addiceret. Ex Polonia in patriam reduci nihil perinde inculcabat parens, & commendabat, quam studium legum. Filius ad nutum parentis intentus, per Germaniam Lugdunum Batavorum pervenit, studiumque literarum tanta arripuit aviditate, ut illud tempus nonnunquam somno detraheret, quod temporis fures ipsi intempestiva nimisque crebra salutatione abstulerant. Quemadmodum uero apricantes tandem nigrescunt, & in pestilentibus locis, paulatim aër immixtus occulte, morbum illic degentibus incutit; sic improborum consuetudo multa quoque mala importat, etiamsi non statim sentiantur. Id ipsum Cluverius noster suomet comprobavit exemplo, qui studiorum causa Lugduni Batavorum vitam degens, in scyllam & charybdiū pravorum incidisse hominum fertur.

Forma ejus elegans, amabilis & delicatus vultus ille, cujus gratum & ingenuum candorem purpura virtutis commendabat, sermo elegans & promptus, affabilitas & comitas insignis, corpus agile, ut Heinius loco citando loquitur, quod exercitiis equestribus convenientibus, sibi quasi natura tale reddidit, una cum auri argentique copia, viam illi ad consuetudinem cum aliorum amicorum, tum & vigintum quarundam aperiebant. Parens, cum intelligeret filium suum nimium quantum pecuniae dilapidare, operasque forenses, quibus destinatus erat, subterfugere, ei durius deinceps habitato, ampliora vitae ac studiorum praesidia denegavit. Hoc non absque dolore sentiens filius, svasu Josephi Justi Scaligeri ad geographiam diligentius excolendam omnes curas atque conatus convertit. Ut autem hac de re, ardua sane & magni momenti, aliorum etiam exploraret animos at-

que iudicia, in Brabantiam ad Iustum Lipsium se contulit, qui eo tempore Antvverpnam profectus Lovanii non reperiatur. Hinc Antvverpnam pergit Cluverius, sed inde Lipsium jam Lovanium revertisse, non sine dolore audit. Memorabile est, quod interea temporis in itinere accidit Cluverio nostro. In hostili oberrantem agro, Martis aliquot Alumi veste omni ac viatico exutum, ferme, ut matre natus erat, nudum ac famelicum relinquunt. Ut non alio, quam aquae potu, & radicibus, quas terra dabat, sitim ac jejunia levaret. Ita Achaemenides hic noster, vere miser ac poetico simillimus, ad triduum vagatus, monachorum primo aliquot in via, mox praefecti, ubi eo appulisset, Lilloiani, comitate sublevatus, ad amicos ueteres, in primis autem libros suos in Bataviam reversus est. Tam repentina fortunae commutatione commotus, cum de benignitate paterna nihil sibi reliquum esse spei videret, militiae nomen dedit, & primo in Bohemiam, mox in Hungariam delatus, ad biennium ibi tam strenuum se in campo Martis, quam antea in templo Minervae praebuit. Inde in Latium regressus, denuo adversos fortunae fluctus subiit, iussu Caesaris in carcerem conjectus, propterea quod typographo imprimendam dederat apologiam, quam Baro quidam, in vinculis iussu Caesaris detentus, pro se conscripserat. Ex carcere tandem liberato mater, patre incio, nummos quosdam submitit, non comestationibus tamen, verum studiis & itineribus impendendos. Quapropter animo ad geographiae studium relato, Galliam, Italiam, Britanniam, Scotiam, aliaque loca diligenter perlustravit, & quicquid in commodum suum vertere potuit, annotavit. His peregrinatione-

nationibus eam quoque lingvarum peritiam & facultatem sibi comparavit, ut non modo Germanice, Polonice, Latine & Graece, sed etiam Gallice, Italice, Anglice, Belgice, Ungarice & Bohemice locutus esse dicatur. Quamvis autem in Italia ab ipsis purpuratis ad figendum ibi pedem inuitaretur, in Bataviam tamen ad uxorem afflictissimam redire praeoptavit. Nullo quidem ibi publico munere perfungebatur, sed privatim juvenes instituebat, paupertatem tamen ejus atque miseriam summam Academiae Ephori sumtu, stipendioque annuo sublevabant, quod geographicis laboribus inter suspiria & ejulatus uxoris, quae post partum debilis & contracti corporis erat, interdum noctuque impendit, donec umbrae similis, domesticas inter & acerbis calamitates naturae debitum persolvit A. C. clō lō c xxxii d. xxxi, Decembris aet. xlii. Plura qui hoc de Cluverio scire cupit, adeat Joann. Meursium, Athen. Batav. Lib. II, p. 289. edit. Lugd. 1625, ipsam Cluverii epistolam ad Siculos, quam Siciliae suae praemisit, Martinum Hanckium de Romanarum rerum Scriptoribus P. I, c. 84. Hugonem Grotium in epistola ad Pontanum Roterod. a. clō lō c xvi. d. xx. Jan. & qui instar omnium esse potest, Danielem Heinsium Oratione in obitum Philippi Cluverii, quae adjuncta est editionibus quibusdam Cluverii Introductionis ad universam Geographiam. Judicia de hoc viro collegit Thomas Pope-Blount Censurae celebrium auctorum p. 653.

Scripta.

I. Introductio ad Universam Geographiam, saepe recusa, & a Joan. Bunone notis illustrata, (quas eruditas

D 3

no.

nominat Morhofius Polyhist. T. II, Lib. IV, p, 506.) Gvellerbyti a. 1678, 4. Iſtas acceſſionibus quibusdam auxit Joan Fridericus Hekelius, ibid. a. 1686, & 1694, 4. Noviffima autem & locupletiffima editio eſt, quae a. 1704. Londini, cum notis Bunonis, Hekelii, Reiſckii, Luyzii aliorumque prodiit in 4to.

2. Germania Antiqua, it. Vindelicia & Noricum Lugd. Bat. apud Ludov. Elzevir. a. 1616. f. Gvellerbyti 1663, 4.

Hanc Germaniam Antiquam longe poſt obitum viri hujus eruditi & omnium aevi cultioris, Geographorum antesignani, non intactam reliquit Joan. Stirnhelmus, edito, quem ſupra memoravimus, Anti Cluverio, in quo cum primis male ipſum habet, quod Gothorum nomen & ſedes e Scandinavia in Boſſiam ſuam tranſtulerit noſter. Prodiit Stiernhelmii liber Holmiae, a. 1685, 8. Notavit quoque hunc Cluverii librum M. Zuerius Boxhornius Hiſt. Vniverſalis p, 217, eo quod cum Pontano Gothos ac Geras ejusdem originis & propaginis eſſe negavit. Sententiam denique Cluverii, quam de diis Germanorum cap, 24. n. 25. & alibi in hac Germania Antiqua fovit, refutare ſtudit Jacobus Thomafius programme 52, inſerto diſſertationibus ejus, p. 596, anno 1693, junctim editis a filio Chriſtiano Thomafio, Halae Magd.

3. Sicilia cum minoribus ei adjacentibus inſulis, Sardinia, Corſica antiqua, libris II. illuſtrata, in quibus illarum figuras, magnitudinem, urbes, montes, promontoria aliaque accurate deſcripfit, & tabulis geographicis exornavit, ibidem apud eundem 1619. f.

4. Poſt

4. Post eius obitum edidit Dan. Heinius, Italiam ejus Antiquam, cujus gentes, incolas, regiones, urbes, fluvios fontes aliaque libris IV. describit. Prodiit cum tabulis Geographicis ibid. 1624. f.

5. De tribus Rheni Alveis & ostiis libellus, quem in Britannia compositum esse, refert Dan. Heinius in oratione Cluveriana. item, de quinque populis quondam accolis, Toxandris, Batavis, Caninefatibus, Fritiis ac Mariaciis, Lugd. Batav. 1611. 4.

6. Disquisitione de Francis, & Francia, Paris. 1636.

XII.

REINOLDVS CVRIKE.

Hic Reipublicae patriae per annos undetriginta a Secretis, & B. C. S. Schurtzfleischio iudice, rerum Gedanensium diligens fuit investigator. (*) Obiit A. C. MDCLXVII, d. II. Aprilis, aetatis LVII.

Scripta.

1. Commentarius Juridico-Politicus de Privilegiis.
2. Tractatus de Secretariis, eorumque conditione, & officio.
3. De Jure maritimo Hanseatico, A. 1666.
4. Beschreibung der Stadt Danzig, worinnen von dero Ursprung, Situation, Regierungs-Art, geführten Kriegen, Religion und Kirchen Wesen ausführlich gehandelt wird, verfasst und zusammengetragen durch Reinold Curicken 1645, quam e tenebris
in

(*) Tom. II, Epistol. Epistola 357, p. 536.

in lucem protraxit filius Georgius Reinoldus Curike, figurisque aeneis illuminatam nitidissime edidit Amstel. per Waesbergios A. 1687, & 1688, f. cui annexus Adventus Serenissimi Regis Poloniae Augusti II. in civitatem Gedanensem. Effigiei ejus G. R. Curicke hos versus subjecit:

Hæc est *Reinoldi* facies Veneranda *Curici*,
Mentem atque ingenium pingere nemo valet.
Clarus in orbe viget, patria quoque clarus in urbe,
Illius & Nomen fama loquetur anus.

XIII.

JOANNES a CVRIIS.

Frauenbergense nunc ingredimur templum, & ossa Civis hujus, qui, si quisquam alius, magni certe nominis fuit, jam olim ibi recondita contemplamur. Dicitur alias *Flachsbinde*, vulgoque JOANNES DANTISCVS, a patria pro Seculi istius more, nominatur. (a) Fuit autem J. V. D., Poëta Laureatus, & tribus Poloniae Regibus, Joanni Alberto, Alexandro, nec non Sigismundo I, a consiliis sanctioribus, qui ejus pariter opera in obeundis legationibus ad Maximilianum I, Carolum IV, Rom. Impm., Ferdinandum item, Bohemiae Regem, nec non Pontificem Romanum, (b)

Vene-

- (a) Falsum itaque est, quod Koenigius Biblioth. V. & N. p. 235, & Jo. Petrus Lotichius Biblioth. Poet. P. IV. p. 43. scribunt, eum gente Polonum fuisse.
(b) Id videre est ex Inscriptione Epistolae Sigismundi I, ad eum.

Venetosque, spectata viri dexteritate, usi sunt. Primum Canonis Varmiensibus fuit adscriptus, deinde Culmensium, (a) tandem Varmensium Praefulem egit. Quem ultimum dignitatis gradum A. clō Io xxxvii. consequabatur. Etsi vero nomen inter Pontificios profitebatur, Lutheranis tamen faventissimum se praebuit, neque temere unquam ipsis defuit, si qua in re suam ipsis navare operam posset. Testem habeo Paulum Pfafecium, Episcopum Premisliensem, qui, ut videtur, indignabundus ita scribit: *Joannes Dantiscus, perpetuas amicitias & profanarum literarum commercia, cum praestantioribus scholarum haereticarum magistris habuit.* (b.) Inter alios, magno complectebatur amore Theologos, qui Regiomonte repurgatis a Luthero sacris praeerant. Horum namque consuetudine nihil ille prius, nihil antiquius habuit. Cum aliquando Georgium Sabinum, primum Academiae Regiomontanae Rectorem, ad se festo Pentecostes invitasset, misit aliquos verficulos, lepore suo non destitutos, in quibus eum simul rogabat, ut Melchior

E

rem

eundem Romam datae A. 1525, quae ita se habet; *Sigismundus I, Joanni Dantisco, apud Rom. Pontificem Oratori, quam reperies ap. Hartknochium H. E. Pr. p. 275. & apud V. L. a Seckendorff, Lutheranismi L. 1. Sect. LXI, §. 173, p. 298. a.*

(a) Hennebergerus quidem in catalogo Episcoporum Culmensium, quem suae explicationi Chorographiae Prussicae p. 157. inseruit, non meminit hujus Joannis a Curiis, sed errasse ipsum, ostendit Hartknochius l. c. p. 166.

(b) Chronici gestorum in Europa singularium p. 41, aliis 49. Accuratam hujus libri recensionem nobis reliquit M. Sam. Joach.

rem Ifinderum, Doctorem Theologum, secum adduceret.
Versiculi, ita se habent:

Hoc ut tempore, mi Sabine, festo
Quo jam singula gaudiis resultant,
Et, quo Spiritus affuturus ille,
Qui replet pia corda Christianis,
Certo creditur, huc velis venire,
A te poscimus, ac tui jugalis
Confortem thalami, venire tecum,
Ifinderus item, velimus, una
Ut tecum veniat, vocatus hospes. (a)

Eodem animo Elbingenses illum prosequutum esse, indicium non unis innötuit. Scholam namque Lutheranam laude sua non defraudavit, dum *scholam* illam nominaret *non commendandam*. Immo cum delegati Reipublicae Elbingensis nuncii, Comitibus in publicis, ab aliis regni sociis suppeticas implorarent, ad sustentandam scholam, ne verbulo quidem ullo indicavit, Elbingensium sibi displicere sollicitationes, quas non poterat non aegre ferre, aut in malam interpretari partem, si averso ab Elbingensibus Lutheranis fuisset animo. (b) Equidem non inficior, visus nonnunquam est indignari Lutheranis, (c) sed nemo tam obesae naris est, qui non

Joach. Hoppius, jam supra laudati Schediasm. de Script. Hist. Polon. p. 24. Ex Piaesecio ea verba excerpfit Hartknochius l. c. p. 157.

- (a) Leg. Hartknochius l. c. p. 1043.
(b) Legatur Hartknochius l. c. p. 979.
(c) Respicio Gvilielmum Gnapheum, Elbingensis Scholae Recto-

non obferuet facile, ideo id tantum effe factum, ut morem gereret voluntati Pontificiorum, neque fufpicioni grauiori daret occafionem, quafi cum hominibus, a Pontifice Romano alienis, faceret. Quae etiam fententia eft noftri Hartknochii l. c. p. 979. Mortis quam non immemor fuerit, teftantur verfus, quos ipfe fibi vivus Epitaphii loco confcripfit.

I.

Jam ſexaginta coëunt & tres fimul anni,
 Haftenus a ſuperis quod mihi vita datur.
 Quem climatericum contingere ſentio tempus,
 Ultimus hoc multis terminus eſſe ſolet.
 Intra quod ſi forte Deus migrare jubebit,
 Quae fuerim, paucis iſta notata dabunt.
 Aula diu tenuit me regia, miſit ad orbis
 Primores, erat hinc inſula dupla mihi.
 Corpus habet tandem nunc terra, quiete fruatur
 Spiritus aetherea, quae ſine fine beat.
 Hoc quisquis tranſis mihi, quaefo, precare, Viator,
 Ut tibi poſteritas inde preceetur idem.

II.

Terra tegat carnem, ſit vermibus illius eſca,
 In cineres abeat, quod fuit ante cinis.

E 2

Ad

Rectorem, quem ab officio devolvi juſſit, & vehementer perſequeutus eſt. Item Pancratium, Monachum primo Daniſcanum, poſtea vero Lutheranum. Conf. Hartknochius l. c. coll. p. 295, 296.

Ad te, summe Deus, contendit spiritus, illum
 Reddo tibi, redeat, venerat unde prius.
 Ambitio, spes, cura, labor, luxus, dolor, & mens
 Rebus in humanis irrequieta, vale.
 Solvor ab his in bis dena trieteride, & una,
 Illecebris duris, quae mihi carcer erant.
 Vivimus incerti, postquam, procul esse putabis,
 Et minime reris, fata venire solent.
 Tu, qui securus vis vivere, mortuus esto
 Mundo, & in hoc dubio turbine vive Deo. (a)

Tandem A. C. clo lv XL iix, Heilsbergae, ætatis suæ 64, quatuor diebus detractis, placide acquievit. Mortui corpus, in Ecclesia, quam vocant, cathedrali, Frauenburgi terrae mandatum servatur. (b.) Vita hujus Joannis a Curiis ex autographo Sconoviano in Bibliotheca publica Gedanensi asserto, typis excusa est Gedani 1693, 4. Quaedam etiam de eo reperies apud D. Jo. Petrum Lotichium, Biblioth. Poët. P. IV, p. 48.

Scripta.

1. Sylva, seu Poëma de profectioe Sigismundi I, Sarmatiæ Regis, post victoriam contra Moschos in Hungariam, Coloniae A, 1530, sesqui charta, 8, quam Marquardus Freherus T. II. Script. Rerum Germ. fol. 336. inseruit.
2. Victoria Sigismundi contra Vayvodam Muldaviae, Turcæ tributarium & subditum, quae a Deo data fuit 1531, M. Au-

(a) Leg. Hartknochii H. E. P. L., l. c. III, p. 157.

(b) Idem l. c.

M. Augusto, excerpta ex ipsius Regis literis per Joannem Dantiscum, Basileae, ap. Frobenium. Legi potest haec Epistola apud Guagnium T. III, p. 545, itemque apud Simonem Schardium T. II. rerum Germ. p. 279, edit. Giesl. A. 1673.

3 Soteria versibus heroicis ad Sigismundum de Eberstein, Equitem auratum, feliciter a Moschis reversum, impressa Cracoviae.

4 Scriptum illud, quod Phaleuci nomine prodiit, huic Dantisco tribuit Koenigius l. c.

5 Circumfertur tandem Vaticinium aliquod Joannis Dantisci, carmine elegiaco conscriptum, de interitu regni Poloniae, & Civitatis Gedanensis, quod, cum iusto durius sit, & sine offensione legi uix possit, potius supprimendum, quam hic imprimendum duxi. Qui J. B. Schuppil Scripta perlustrabit, fragmentum hujus vaticinii reperiet T. I. Opp. p. 348, edit. Francof. A. 1701. 8.

XIV.

JOANNES DANTISCVS.

De hoc legatur numerus praecedens.

XV.

M. DANIEL (*) DILGERVS.

Hujus quoque Viri, domi forisque clari, memoria recol

E 3

(*) Non Samuel Dilgerus, uti, forsitan per σφάλμα typographicum, eum nominat Vinc. Placcius, Theatr. Anonym. p. 443. n. 1775.

coli meretur. Editus in lucem A. C. clō lo LXXII, ad magna fe esse natum, jam puer omnibus in rebus demonstravit. Exquisitum ejus judicium, excellens doctrina, ingenium, integritas vitae, omnium ora in eum convertebant. Quibus quidem rebus magnificus patriae senatus permotus, dignum Dilgerum habuit, quem ad honoris culmen mature, sed praeter omnem spem, eveheret. Vix quintum & vice-
 simum aetatis annum exegerat, cum Pastoris ad D. Catharinae sparta ipsi committeretur. Factum id esse anno clō lo XCIX. sentit Hartknochius. (a) A. clō lo CXXXVI Pastoris ad primariam D. Mariae aedem munus in eadem urbe, toto suffragante Senatu, obtinuit, quibus officii partibus tanta fugebatur cura, ut nihil omitteret, quod ad auditorum suorum salutem facere judicaret, donec appropinquante mortis hora, A. clō lo CXLV, d. XXVI. Februarii, suorum inter lacrymas, 73. aetatis annum egressus, placide exspiraret. (b) Pietatem Viri hujus pluribus efferre laudibus supersedeo, quae, summatim ut dicam, non solum domi, sed foris quoque & trans mare, nomen ei peperit *Pastoris vere Christiani*. (c) Ad Controversiam ejus quod attinet, quam super

(a) H. E. Pr. L. III, c. V, p. 769. extrema.

(b) Wittenius D. B. P. I. ad A. citatum.

(c) D. Joann. Dieckmannus, Ducatus Bremensis & Verdenfis Superintendentens Generalis, P. II. Script. Germ. p. 215, nominat hunc Dilgerum *Einen Christlichen Prediger*. Nemo autem miretur me hoc judicio adeo delectatum fuisse, recordor enim hac occasione *wie in wärdig* similis cujusdam judicii de B. Luthero nostro, quem Hartmuthus Cronebergerus nominavit, *den Christlichen und von Gott gesandten Mann*, ap. Seckendorffium, Hist. Luth. L. I. p. 141. a.

per Libris Arndii, de V. C. cum D. Joanne Corvino, alias Rabe dicto, Rev. Ministerii Gedanensis, t. t. Seniore, paulo ante Arndii obitum, A. c. l. b. l. c. x. Gedani habuit, sequentia ex historia sacra notari de ea merentur. Fax & tuba hujus *συρραξων*, meo quidem judicio, nemo fuit alius, quam D. Joannes Corvinius. Hic enim libros Arndii de V. C. multis obnoxios esse erroribus, in privato cum nonnullis civibus colloquio, dixerat. Cives his auditis, advolant non solum ad Rathmannum & Blanckium, verum etiam ad hunc Dilgerum, judiciumque de Libris Arndii, de V. C. sibi exposcunt. M. Dilgerus, quaerentibus nihil aliud regeffit, quam, libros Arndii dignos esse, quos Christianus quilibet familiares sibi reddat, & semel iterumque studiosissime legat. Non multo post Dilgerus dictos Arndii libros, in primis Hortulum ejus Paradisiacum, pro rostris sacris auditoribus suis omni modo commendare coepit. Corvinus aegre hoc ferens, libros istos, non solum in privato cum Rathmanno colloquio, tanquam *ερεγοδξω* damnabat, nominando eos *Lose chartecken vom wahren Christenthum*, item *Alfantzereyen*, & quae alia hujus generis refert Hartknochius l. c. p. 801, 811, sed auditores quoque suos in loco sacrorum publico ab Arndianorum librorum lectione cum indignatione dehortabatur. Magnificus Patriae senatus, veritus, ne haec scintilla in incendium erumperet, silentium D. Corvino imposuit. Dilgero autem senatus concedebat, ut Apologiam suam, jam pridem confectam, typis manderet, id quod factum esse A. 1620, *Hartknochius l. c. p. 802* autor est. Vbi simul totam hujus controversiae historiam reperire licet.

Scri-

Scripta.

1. *Geistliches Pest-Regiment, in 2. Predigten, Dantzig 1620, 4.*
2. *Wiederholung der wahren, und in Gottes wort gegründeten Lehre Johann Arnds vom wahren Christenthum, Stetin, 1620, 8.*

Nescio quo jure Arnoldus, *der Kirchen- und Ketzer-historiae* P. II. Lib. XVII, c. VI, p. 459. 2, hunc librum Joanni Michaeli Dilherro, celeberrimo Noricorum Theologo, vindicet, quando memorat: Joh. Mich. Dilhers *wiederholung der wohlgegründeten Lehre Jo. Arnds vom wahren Christenthum*. Et miror, ipsum hunc errorem in Supplementis, Illustrationibus & Emendationibus Historiae hujus *Eccl. Haeresiol. editis* Francof. 1703, 4. non emendasse. Sane nec Freherus in *Theatro Vir. Erud. Clar.* p. 686, 687, nec Wittenius *Dec. XII, Mem. Theol.* p. 1640, sq. nec Spizelius *Templi Honoris* p. 295, qui tamen in recensendis Dilherri scriptis accurati sunt, libri hujus unquam mentionem injecerunt.

De hoc Dilgeri conatu ipse Werenbergius in *Vindiciis Ecclesiae Lutheranae, Brellero oppositis*, p. 185, sequens profert judicium: *Aequum est, ut M. Dilgeri institutum non tantum benigne interpretemur sed etiam suo loco commendemus, quia eo potissimum tendit, ut scripta Joannis Arndii in sano sensu accipiantur. Interim aliorum judicio committit, an Dilgerus sufficienter demonstraverit, ipsa verba Arndii, vel totum contextum, & summam Christianismi, illum saniolem sensum admistere.* Exempli loco profert verba Arndii de efficacia verbi divini, cum explicatione, qua Dilgerus ea interpretatus erat. 3.

(3.) Schola Poenitentiae, feu 15. *Predigten von der Buße*
über Matth. IX, v. 13. Danzig, 1623, 8.

XVI.

NATHANAEL DILGERVS.

In percelebrem hunc Virum ea omnia, quae fingula alios ornare solent ecclesiae christianae doctores, svavi quadam conspiratione convenisse videntur. Neque id mirum, cum fortes creentur fortibus, Daniele Dilgerum, filium non magis sui nominis, quam ingenii, progenuisse. Factum id est A. C. 1610 10c 1v, d. v. Septembris, quo primam asperxit lucem, Vir nostra laude major. Ætatis primae tirocinia per ipsos quindecim annos, magno cum Praeceptorum suorum applausu, in urbe patria feliciter confecerat. His ad majora paratus, A. 1619 10c xix almae studiorum parenti, quae Regiomonte est, magis magisque poliendus, commissus est, a qua tamen lues illum comitalis, per id tempus ibi ingravescens, non ita multo post abstraxit, inque patriam redire coegit. Cum vero matheos studium ante ceteras omnes scientias juveni arrideret, ductu acutissimi Mathematici, Petri Crugeri (*) usus est. Neque tamen diu in patria Dilgerus nostras substitit, qui externorum

F

rum

(*) Egregium, nec a veritate alienum, ei tribuit nomen B. C. S. Schurzleischius, in Programm. quo nomine D. Mich. Senneri, Acad. Vittemb. t. t. Magnifici Pro - Rectoris, Joann. Hevelii memoriam, a Carolo Christ. Kirchmeyero renovandam, indicavit A. 1688. Dom II. post Epiphan. *Petrus Crügerus, Vir artis mathematicae, acie mentis et inquirendi industria insignis, Hipparcho, et Timochare non inferior.*

rum celebritate Doctorum permotus, A. cō 15 c xxxii. alacri animo, viſa primum Dania, Lugdunum Batauorum petiit, ut ibi lingvarum orientis opes acquireret. Finito trium annorum curſu, Angliam et Galliam perlustra- vit, tandemque Argentoratum venit, ubi, facta per aliquod tempus commoratione, eruditionem cum fama indies amplificavit. Virtus non poteſt diu latitare. Hinc factum, ut ex locis, haud unis, ad munia publica invitaretur, quae vero omnia modeſte, reverenterque declinavit. Paſſus ta- men eſt, anno ſeculi ſuperioris xxx, aetatis xxvi, muneri ſacro in aula Comitum Rappoldſteinensis ſe admoveri, et, Argentorati ceremoniis eccleſiaſticis initiatus, (*) illud per-
inte-

(*) Hoc nonnulli t. in dubium vocarunt, et Dilgero noſtro ob- jicere aui ſunt, eum abſque ordinatione munus ec- cleſiaſticum accepiſſe. Sed contrarium vel ex hoc testi- mo, Argentorati A. 1630. d. 8. Decembris, ſub Academiae et reipubl. Argentoratensis ſigillo, pergamenò impreſſo, legere poſſumus: „ Quos inter honoratiſſimum quoque locum ha-
bet, qui has exhibet, Vir Reverendus, Clariffimas et Do-
ctiſſimus Dominus NATHANAEL DILGERUS, Dan-
tiscanus, qui cum ab Illuſtri et Generoſiſſimo Domino,
Dn. EBERHARDO, Dn. in Rappoldſtein, Hohenack, et
Geroltſeck ad Vogafum, Divi MATTHIAE Imperator-
ris, nec non Sereniſſimi MAXIMILIANI Archiducis
Austriae, pie defunctorum, Camerario, et citeriorum or-
dinum Provincialium Praefide Magnifico, ad docendum in
Aulâ Evangelium legitime, praeter omnem exſpectationem
vocatus eſſet, non multo poſt, examen ſibi à nobis aperiri
petiit, in quo & progreſſuum ſuorum in Sacris literis ac
Chri-

„ Christianae Religionis scientiae, rationem redderet, & vitae
 „ ac morum suorum aequum sustineret iudicium. Admissus
 „ est haud difficulter cum duobus aliis Sacro-Sancti Ministe-
 „ rii Candidatis, collataeque, post ante acta vitae explora-
 „ tionem in confessu Academicorum Theologiae Doctorum,
 „ ut et Pastorum, ac Diaconorum, quotquot hujus Reipu-
 „ blicae Ecclesiis praesunt, tum de singulis Divini Codicis li-
 „ bris, tum de praecipuis Salvificae Doctrinae capitibus, cum
 „ eo sunt sententiae. Ubi talem sese, tum in obscuriorum
 „ scripturae locorum, ex authenticis lingvis, declaratione,
 „ tum adversae partis argumentorum solutione, praestitit, ut
 „ expectationi nostrae non tantum abunde satisfecerit, sed et
 „ eam in non paucis superarit. Ac cum constanter profite-
 „ retur, alienum se esse a quibusvis heterodoxis, et profanis
 „ dogmatibus, sinceroque animo amplecti Doctrinam Pro-
 „ pheticam et Apostolicam, in Sacris literis propositam, cujus
 „ summa in celebratissimis Symbolis Apostolico, Niceno et
 „ Athanasiano comprehensa est, et repetitur in Augustana
 „ Confessione Anno M. D. XXX. Imperat. Carolo V. exhi-
 „ bita, ejusque Apologia, Articulis Smalcaldicis, utroque
 „ Catechismo Lutheri, & Formula Concordiae, ab Augu-
 „ stanae Confessionis Principibus et Sociis Civitatibus Anno
 „ M. D. LXXX. edita: Promitteret insuper sancte, in ea *se-*
 „ *thodoxia* se constanter, Divini Numinis gratia, perman-
 „ rum, et, qua posset, summa diligentia, sacra Biblia, et or-
 „ thodoxos libros evolurum; ornaturum etiam deinceps
 „ officium suum, vitae et morum integritate, atque gregis
 „ sui exemplar futurum, dignus communi totius confessus
 „ suffragio judicatus est, qui in Ecclesiastico munere solenni-
 „ bus ceremoniis confirmaretur. Id quod factum est Anno
 „ M. DC. XXX. die VII. Novembris, quo in urbis hujus
 „ Templo Cathedrali, et magna Christianorum auditorum
 „ frequentia, impositione manuum, inter devotas totius Eccle-
 „ siae



integros VII annos magna fide et dexteritate sustinuit. Qua vero de causa tandem eo abierit, ex vitae ejus descriptione, concioni funebri subiecta, constat. Pater nimirum eum in partem sacri laboris venire, cupiens, calidissimis precibus reditum ejus efflagitavit. Huic igitur morem gerens, (*) in patriam reversus, et illi sublevandi muneris causa adiunctus, tandemque suffectus est. A. deinde clō hoc LXXII, in locum D. Botfacci, ad aedem D. Mariae Senioris, successit. Tanta vero, tamque svavi Dilgerus noster fuit dicendi facundia, ut melle dulcior ejus oratio fluere videretur. Tota eum civitas amavit et in deliciis habuit, immò *Chryostomum Gedanensem* Joachimus Pastorius ab Hirten-berg nominavit. Joannes Petrus Titius, Poeta perelegans, plus una vice, laudes hujus Dilgeri versibus decantavit, et inprimis sermonem funebrem, quem in obitum B. Dn. Friderici Ehleri, Prae-Consulis quondam reipublicae Gedanensis, etiam post fata meritissimi, ab eo habitum, tali carmine ornavit:

Cre-

„siae preces, ad Ministerium docendi Evangelii, et dispen-
 „sandorum, juxta Christi institutionem Sacramentorum, or-
 „dinatus atque inauguratus fuit. CHRISTUS JESUS Servator et
 „ἀρχιποιμὸν, juxta promissionem suam, qua se per ministe-
 „rium verbi ad salutem hominum efficacem fore, benigne est
 „policitus, hujus servi sui, et dilectissimi nostri Fratris la-
 „boribus clementer benedicat, ad nominis sui amplifican-
 „dam Gloriam et Ecclesiae provehendum emolumentum.

(*) Uti Danhauerus in praef. Tractatus sui de Christofophia, Dilgero nostro inscripti, hoc filiale obsequium laudat.

Credita victuris *Dilgeri* concio chartis

Editur, atque oculos nunc subit, ecce, tuos.

O linguae decus! o miris facundia torrens,
Viribus! o sanctis omnia plena favis!

Non huic Antiphilus tabulae, non certet Apelles,
Sponte daret victas Zeuxis et ipse manus. (a)

Et alibi, laudando Dilgerum nostrum, sequentem in modum pergit:

Ora quibus flexit facundus pectora Paulus,
Maximus Hipponis cernere Praeful avet.

Vix opus est nobis repetito ardescere voto,
Tarsense ostendunt secula nostra decus.

Dilgero quisquis praebet non invidus aures,

Haec, ait, haec Pauli lingua docentis erat. (b)

Titio nostro occinit Pastorius supra laudatus, et sequentem in modum Dilgerum alloquitur:

Et tua praecipua sonuit, Dilgere, cathedra
Vox, calamoque acta est publica causa tuo.

Non plus Cecropiam torrens Demosthenis urbem,
Non rapuit valido Tullius ore suam;

Quam tua pulsavit patrios facundia Cives,
Pulchraque promovit fortibus ora sonis. (c)

Neque contemnendos eum fidelissimi laboris sui fructum cepisse, uel ex his colligas, quae de sermonibus quibus-

F 3

(a) Noët. Poët. Manip. Philofiti, Gedani 1687, 12.

(b) Noët. Poët. Praemetiis.

(c) Sylvarum Poët. L. VI. p. 47.

busdam, a se habitis, in Epistola ad Dn. Joannem Colbergium refert: Ich habe es an meinem Orte erfahren, daß solche aus sübrliche Predigten da man die Christlichen Zuhörer, doch mit aller bescheidenheit, und auff eine klagende Art, vor die irrigen Schrifften warnet) ihren grossen Nutzen haben. Inmassen auch in diesem Jahre geschehen, da ich D. Bergii Predigt, an der Zahl die 26, welche man zu Berlin absonderlich drucken lassen, damit Sie ja den leutten unter die Hände käme, welche voll bitter Galle ist, in einer sonderbaren Predigt auff der Cantzel wiederleget, welche durch des höchsten Gnade so viel gefruchtet, daß viele unter den unsrigen, welche zu vor anderer Meinung gewesen, gesehen, der Streit sey so geringe nicht, darüber gestritten wird; etliche derer Reformirten [wie denn selten von mir eine Predigt geschiehet, bey welcher sich nicht Reformirten finden solten] habens bekennen müssen, Bergius habe hart geredet, ja vobtl sich verlauten lassen, was gehet uns Bergius an? Leg. Decades Epistolarum de Sincerissimo, Decad. iv, n. viii, p. 216. Sermones suos sacros verbotenus in chartam conjicere, et memoriae mandare solebat, idque conservandae memoriae multum conducere existimabat, arcanum hoc ex ore cujusdam Oratoris S. in Holfatia se didicisse, professus. Quanta ceterum ejus fuerit Prudentia in dictis et factis, vel ex colloquio, cum M. Henrico Nicolai morituro habito, infra in ipsius Nicolai vita videre licebit. Cum quodam etiam Quakero, cui nomen Christiani Püttrelli fuit, Dilgerum disputasse, ex ipsa Quakeri confessione colligi potest. Leg. Hartkn. l. c. p. 873. Hinc exteri etiam Theologi ejus sibi consilia in rebus arduis, magnique momenti negotiis, expetierunt.

Te-

Testor literarum commercium, quod illi cum Grossio et Colbergio intercessit, quorum hic illum de syncretismo suspectum habuit, ut ex citata epist. patet, in qua et candor, et prudentia, et orthodoxiae studium, quibus Dilgerus excelluit, elucent. Obiit tandem in patria A. cō 10 c LXXIX, d. xxxi. Martii, eodem die, qui sepulturae Christi sacer erat, annum aetatis agens LXXIV, et sex menses natus, muneris XLIX. Leg. Hartknochii H. E. P. p. 859. Wittenii Diar. Biograph. P. I. ad A. cō 10 c LXXIX, d. xxxi. Martii, et sermo funebris in obitum ejus ab Abrahamo Heyseo, Pastore aedis Marianae, habitus, Dantisci 1683. f.

Scripta.

I. *Schließliche Abfertigung der endlichen Rettung der Warheit* Joannis Caesaris, Dantzig, A. cō 10 c XI, VII, quod scriptum nomine totius Rev. Ministerii Gedanensis prodire fecit.

Occasio scripti haec est, A. cō 10 c XLV Joannes Caesar, Presbyter extraordinarius Reformatorum ad D. Petri et Pauli, in urbe Gedanensi, die Viridium in templo SS. Triados concionatus erat de S. Coena, eumque postea sermonem typis subjecerat, hac usus inscriptione: *Himmelscher Testaments-Schatz vermachtet von unserm Herrn und Heilande Jesu Christo in der einsetzung des H. Abendmahls.* Quoniam uero B. D. Calovius pro rostris sacris in sermone publico, prelo deinceps pariter subiecto, Caesarianam orationem refutaverat, auctorem ejus nominans, hominem obscurum, Caesar A. cō 10 c XLVI, suam, adjecta legitimae suae vocationis formula, recundam dedit
ora-

orationem. Huic S. Ministerium opponebat librum, quem nominabat, *Nothwendiger und gründlicher Gegen - Bericht. Cui cum denuo Caesar objiceret Endliche Rettung der Warheit*, Dilgerus scriptum supra memoratum emisit. Leg. Hartkn. H. E. P. L. III. c. IX. n. VII. p. t.

(2) *Das gütige, Barmhertzige, freundliche Hertz Gottes, in 2. Predigten über Thren. III. v. 22-23. Dantzig, 1650. 4.*

(3) *Göttliches Schreck- und Gnaden-Feuer, i. e. Danck-Predigt, alsß das Wetter in die Pfarr-Kirche geschlagen, bald aber wieder geloschet worden. Ib., 1653. 4.*

(4) *Drey Christliche Predigten, über 3. unterschiedliche Texte. ib., 1655. 4.*

(5) *Zwo Christliche Predigten, über unterschiedliche Texte. ib., 1659. 4.*

(6) *Christliche Heeres- und Krieges - Predigt, e Psalmo LX, ibid. 1659. 4.*

(7) *Christliche Dominicks-Predigt, i. e. geistliche Handtbierung über Luc. XIX. v. 11-13. ibid, 1661. 4.*

(8) *Christliche Dominicks-Andacht, in 2. Predigten, ib., 1662, 4.*

(9) *Glück-wünschungs-Predigt, alsß Rex Poloniae Michael erwehlet worden. ibid 1669. 4.*

(10) *Die Polnische Königliche Krone, welche Gottes Hand Regi Michaeli, aufgesetzt, über Apoc. XII, v. 7. ibid., a. e. fol.*

(II) *Orationes funebres complures.*

XVII.

IOANNES JACOBVS DOEBELIVS. (*)

Fuit hic Medicinae D. & P. P. in Academia Rostochien-
ensi, Comes Palatinus Caesareus, atque ejusdem Academiae
Physicus adeo celebris, ut ob exquisitam in arte salutari e-
ruditionem *Hippocrates alter* fuerit nominatus. Bis in illa
Academia Rectoris munere functus est, primum A. clō Ioc
LXVIII, deinceps A. clō Ioc LXXIV. In quo ultimo consu-
latu studiosorum turbæ factæ sunt, et in ipsis Rectoris æ-
dibus unum ex sceptris Academicis contractum est. Leg.
Joannis Nicolai Quistorpii Programma, Sec. XVII, festivi-
tate ultima propositum, quo illi recensentur, qui per inte-
grum illud seculum Rectores Academiae Rostochiensis
fuere. Hoc præsertim notatu dignum circa Viri hujus o-
bitum occurrit, quod una cum conjugæ præmatura morte,
quam intemperie studiorum sibi contraxit, annos uix na-
tus XLIV, extinctus sit. Factum hoc est A. clō Ioc LXXXIV,
d. IV. M. Julii.

Scripta.

1. Conclusionum Curiosarum Centuriae II.
2. Joannis Anton. van der Linden Physiologia con-
tracta, et illustrata.
3. Meletemata Medicinae Hippocraticæ contracta.
4. Lazari Riverii opera Medica.
5. Disputationes Medicae varii argumenti.

G

XIIII.

(*) Filium reliquit *Joannem Henricum Doebelium*, qui nomen sibi
comparavit Collegio isto Mnemonico, quo artificium, quod
nominat Mnemonicum, prodit. Editum est Hamburgi A. 1705.

XIIII.

M. LAVRENTIVS FABRICIVS. (*)

Hic praeter nominis sui ac meritorum memoriam, mortalis quoque corporis exuvias Vittembergae reliquit. Natus est A. clō 15 LIV, et Patrem habuit sibi cognominem, in civitate Gedanensi mercatorem percelebrem. Jaētis in Gymnasio patrio literarum, quibus veluti natus videbatur, fundamentis, ne domi lateret diutius, celebres salutarit Academiās, Francofurtensem, Vittembergensem, Lipsiensem, Jenensem, Tubingensem, et Argentoratensem. Quibus in locis ea, quae doctrinae studiosum decent, adeo ardentem persequutus est, ut dignus haberetur, qui institueret alios, ac formaret. Cum autem se cathedrae Academicæ quasi consecratum videret, prae aliis Academiis hanc ad Albinum sibi delegit, laureamque ibi Philosophicam decerpfit, qua tanto promptius a spectabili t. t. Decurione, M. Simone Gruenebergio ornabatur, quanto magis exquisitam ejus eruditionem perspectam ille cognitamque habebat. Hinc Academiam Jenensem repetiit, ibique privatas aperuit scholas, et in publicis disputantium conflictibus, magno cum audientium applausu, disserere cepit. A. clō 15 XCIII Vittembergam vocatus, Lingvarum Orientis Professor declarabatur, quam spartam per annorum XXXVI spatium, qua par erat, diligentia ornavit.

Ad

(*) Ομῶς μὲν hic habet Laurentium Fabricium, itidem Gedanensem, cujus meminit Reinoldus Curicke, Descript. Urbis Gedan. p. 323, & sequens in templo Joannaeo, civitatis Gedanensis, ipsi positum monumentum cum L. B. communicat:

A. 1779.

Ad virtutes ipsius quod attinet, egregium sane hoc est encomium, quod de eo in Programmate, mox commemorando reperitur. *Eam vitae suae rationem tenuit, ut virum bonum, rectum, apertum, simplicem, & ab omni furo et dolo alienum decuit, quippe cujus vita plena exempli, pietatis in Deum, dilectionis in proximum, tranquillitatis & concordiae in collegas, humanitatis in omnes, et illarum adeo virtutum, de quibus forte satius esset tacere, quam pauca dicere. (*)* Ommissis carminibus, quibus nonnulli egregie fatis laudes optimi senis decantarunt, Epitaphium ejus, quod hic Vittembergae in templo oppidano ad D. Mariae reperitur, apponere praetium operae duxi.

G 2

LAV-

A. 1579.

Orate ne intretis in tentationem.

Pater si vis transfer poculum hoc a me, verum tamen
non mea voluntas sed tua fiat.

Qui sua non procul hinc posuit *Laurentius* ossa
Fabricius, verbi praeco fidelis erat.

Simplice quod docuit bis senos mente per annos,
Quodque alibi doctis versibus exposuit.

Ergo Viro Conjux & chara nata Parenti
Haec monumenta sacro constituere loco.

Anno Domini 1577. d. 7. Januarii *ist der Würdige und
Wohigelabte Laurentius Fabricius, dieser Kirchen Diaconus,
nach dem Er 12. Jahr der Kirchen Christi gedienet, seelig in Christo
Jesu entschlaffen, welches Seele rubet in der Hand des Herren.*

(*) Leg. Programma in exequiis hujus Fabricii a Rectore r. t.
Academiae Wittemb. Magnifico, D. Martini propositum,
insertum illud est Wittenii Mem. Philof. p. 300.

LAVRENTIVS. FABRICIVS. DANTISCANVS. EBRAEAE. ET. ALIARVM. ORIENTALIVM. LINGVARVM. VITTEMB. ANNOS. XXXVI. PROF. CELEBERRIMVS. BIS. FASCIBVS. HVIVS. ACADEMIAE. POTITVS. DECANATV. PHILOSOPHICO. SEXIES. DEFVNCTVS. FACVLTATIS. EIVSDEM. IMMO. ET. TOTIVS. ACADEMIAE. SENIOR. GRAVISSIMVS. ANNO. AETATIS. LXXV. PIE. EX. HAC. VITA. EGRESSVS. AD. DIEM. XXVIII. APRILIS. ANNI. 1671. SVB. HOC. TVMVLO. GLORIOSVM. CHRISTI. ADVENTVM. EXPECTAT. [*]

Scripta.

1. Partitiones Codicis Hebraei, Vitteemb. A. 1610. 4. 1626, & 1671. 8. & novissime in Thomae Crenii Thesauro librorum Philologicorum, Lugd. Batav. 1700, 8.

D. Wolfgangus Franzius de Interpret. Scripturae S. p. 45. librum hunc summopere commendat, & omnibus, qui altiores progressus consequi student, familiarem esse exoptat.

2. Oratio de Lingua Hebraea addiscenda, Vitteemb. 1594,
4. ubi inter alia, egregie, differit de Targumim, sive chaldaicis Paraphrasibus Librorum V. T.

3. E-

(*) Leg. Andreae Sennerti Athen. Vitteemb. Inscript. p. 176.

3. Edidit etiam cum praefatione M. Christophori Crineffii Gymnafium Syriacum, Vitteemb. Ex qua nonnulla reperit Glaffius in Philolog. S. L. I. Tr. IV. Sect. II. p. 328.

4. De Schemhamphorasch ufu & abufu apud Hebraeos, ibid. 1596. 8.

5. De reliquiis Sanctis Syriacarum vocum, in N. T. afervatis, Vitteemb. 1613. 4.

6. Metrica Hebraeorum vetus & nova, ibid. 1623. 8.

7. *Bekänntniß* D. Martini Buceri, von Straßburg, vom H. Abendmahl unfers Herrn JEſu Chriſti verdeutſcht durch M. Laurentium Fabricium, ſine loco & anno, 8.

8. Epiftola ad Joann. Buxtorffium, qua eum hortatur, ut contra Ludov. Capellum, punctorum Hebraei Codicis antiquitatem aſſerat. Edidit eam Joann. Buxtorffius, Pronepos, in Mantiffa ad Caralecta Theologico - Philologica, Baſil. 1707. 8. p. 434.

XIX.

JACOBVS (a) FABRICIVS.

Theologiae D. Reformatus, civitatis patriae Dantiſcanae Eccleſiaſtes, & ultimus Reformatus Gymnafii Rector fuit. (b) Iactis in Scholis patriis ſtudiorum fundamentis, Jacobus noſter in celebrem hanc ad Albim Academiam mitte-

G 3

ba-

(a) Non Joannes, ut per errorem Witenius loco citan do eum nominat, nec in Tomo II. hunc errorem correxit

(b) Incuriae itaque operarum aſcribo, quando in Indice H. E. Pr. Hartknochii Jacobus hic Fabricius Corbuſa-Luſa-tus dicitur, cum tamen Hartknochius ipſe l. c. p. 723. n. 3. eun-

batur, ubi per sex annos studia sua strenue persecutus est, Christophorique Pezelii, D. Theologi, non solum conciones & lectiones audivit, sed ejus etiam hospitio & mensa usus est. Post collatos ei Vittembergae supremos in Philosophia honores, in Academiam Basileensem concessit, & charus cum primis Grynaeo fuit, sub cujus Praesidio plus simpliciter vice Respondentem egit. Ita namque illo Praeside A. clō lō Lxxvi, de Restitutionis nostrae causis & dispensatione disceptavit, anno subsequenti de Deo ejusque Cultu theses exhibuit. Quo eodem etiam, ab ipso Grynaeo summum in Theologia gradum impetravit, & de Creatione, nec non Lapſu hominis Axiomata, Praeses, ad disputandum proposuit. Grynaeus, qui axiomata illa conscripserat, in fronte illum appellare non veritus est, *Vita & fide Theologum*. Cum vero illius temporis Theologi Basileenses Doctori nostro Confessionem Helveticam & Basileensem subscribendam proponerent, eidem subscribere recusavit, causatus, sese, quo tempore gradum Magistri Philosophiae nactus esset Vittembergae, iam Augustanae Confessioni subscripsisse. Quare cum constitutum haberet, in patriam redire, petere sese, ut integrum sibi esset, a subscribenda ipsorum Confessione abstinere. A. clō lō Lxxix domum reversus,

eundem Patre Arnolſo Fabricio, sive Schmidio, Civitatis Gedanensis Consule, fatum esse scribat. Quod ipsum quoque Max. Rever. Ephraimus Praetorius, Athen. Gedan. p. 42. suo calculo probat, qui eum Dantiscanum nominat, & pro filio Arnolſi Schmidii, A. 1593. defuncti, habet. Quid? quod diserte Dantiscanus dicatur P. I. Disſp. Theol. Joann. Jacobi Grynaei, p. 67.

factis plus semel in aede summa, loco D. Kittelii, verbis, jussu Magnifici t. t. Senatus, ad ordinandorum examina invitatus est, quibus quoque saepe interfuit. Quid ipse aliquando in examine publico, D. Kittelio, de dissensu Zwinglianorum, ratione divisionis Legis moralis, dederit responsum, quid item de imaginibus sculptilibusque templorum senserit, docet Hartknochius, H. E. Pr. L. III. c. IV. p. 724. Anno clō lō Lxxx, M. Junio, instaurati Gymnasii patrii, recusante id D. Pezelio, Rector & Philosophiae Professor, eligebatur, ea quidem conditione, ut, si quando Magistratus desideraret, suggestum quoque ecclesiasticum ornaret, sacrosque, sermones haberet. Quod etiam factum, cum Michael Coletus hinc ad aedem Marianam admoveretur, ut hujus in locum ad Templum SS. Triados A. clō lō Lxxxv succederet, matutinasque diebus Dominicis ac Festis sermones haberet. Remotus a conventu publico Ministerii S. quantas, & quam varias habuerit lites, nimis longum foret speciatim enumerare. Quare L. B. remitto ad Hartknochium, l. c. a pag. 715 usque ad 789, qui haec omnia copiose enarravit. Cum vero per XV annos articulari morbo vexaretur, (a) A. clō lō cxxvi, ab Collega suo Gymn. Professore, D. Georgio Pauli, in ecclesiastico munere sublevatus est, donec tandem annorum LXXVIII senex, anno Rectoratus fere L. A. C. clō lō cxxix, Cal. Aprilis numero viventium exemptus est. (b) Perperam igitur Wittenius Diarii Biograph. P. I. scribit,

eum

(a) Non vero phthiriasi, uti t. t. leve vulgus putabat, leg. Hartknochius, l. c. p. 790.

(b) Hartknochius l. c. p. 817. Ephraimus Praetorius Athen. Gedan. p. 42.

eum A. cō locxxxvii d. XV. Decembris obiisse: Quem secutus est D. Joan. Albertus Fabricius, in Centuria Clar. Fabriciorum p. 40. Quid alioqui de hoc Jacobo Fabricio, Crypto-Calviniano, senserint Theologi t. t. Vitembergenses, ex literis ipsorum, ad Mich. Coletum, Confiliis P. I. p. 468 insertis, patet. Excerptit eas Andreas Carolus, & Memorabilem Eccles. L. I. p. 129. cum lectore communicavit.

Scripta.

1. *Drey Predigten von denen Sacramenten, insonderheit, vom Heil. Abendmahl, A. 1589. in Dantzig gehalten, cum praefatione D. Christophori Pezelii gedruckt zu Steinsfurt, 1599. 4.*

Cum adversus has orationes sacras Mich. Coletus, acrem censuram edidisset, sub titulo: *Beweiß-Schrift, daß D. Fabricii, Rectorn und Predigers zu Dantzig drey Predigten vom Heil. Abendmahl eine rechte Calvinische Grund-Suppen, und D. Fabricius ein pur lauter ausbündiger Calvinist sey, Königsberg 1605. 4.* a Fabricio ei opposita est

2. *Wiederlegung der Bezüchtigungen, wegen vieler Glaubens- Articul, und änderung der Ceremonien, darumb ihn Michael Coletus in seiner ausgegebenen Probation-Schrift angegriffen, verfertiget, und in drey Theil getheilet, cujus pars prima A. 1613, Oppenheimii, altera ibid. 1615 prodiit, tertia pars inedita in Georgii Pauli manibus versata est, ut scribit Hartknochius H. E. Pr. L. III. c. VI. p. 789.*

3. *Be-*

3. *Bekänntniß der Lehre einiger Kirchen in Preussen, Hanau, 1603.* 4. Nomen quidem suum Fabricius huic scripto non addidit: Illud tamen ab se compositum esse, ipse faterur Refut. Probat. Coleti P. I. p. 71. & 78. P. II, p. 723. & 727.

4. *Kurtze und nothwendige Erklärung des Gebeths derer Lutheraner in Dantzic, wieder die Calvinisten, Freystadt, A. 1617,* 4. Scriptum pariter anonymum, desumptum vero ex ejus Refutatione Probat. Coleti, P. II, a pag. 898. ad 935.

5. *Rettung der geänderten Augspurgischen Confession, A. 1621.* 4. itidem sine nomine auctoris edit.

XX.

M. JOANNES FABRICIVS.

Ad celebrem hunc virum eo libentius accedo, quo altius ad eruditionis culmen ascendit. Tanta enim linguarum Orientalium juxta, atque Exoticarum notitia fuit praeditus, ut in uno hoc Fabricio, Hebraeum, Arabem, Graecum, Syrum & Latinum haberent Gedanenses. Ex multis ejus encomiis, non possum, quin breve, sed elegans Epigramma Viri Clarissimi, Erasmi Rothmaleri, hic inseram:

FABRICIO plures habitare videntur in uno,

Nempe Syrus, Latius, Grajus, Hebraeus, Arabs. (*)

Ipse Martinus Opitius, Poëtarum ille Phoenix, his eundem verbis Gedanensium Reipublicae commendat:

H

Qui

(*) Epigrammatum Lib. II.

Qui tibi doctrinae verae commendat honores,
 O, Vrbs, Sarmatiae gloria, cura Dei.
 Hic tuus est Civis, mater, tua fama decusque,
 Nec modo *Fabricios* Martia Roma tulit.
 Excipe, sed placido, tribuit quae munera vultu,
 Nobilium non sunt aurea dona lutum.
 Nempe vices rerum cernunt, quas *Gallia* merces,
 Quas *Angli* aut *Belgae*, quas *Iber* omnis habet.
 Ad gazam tuus hic *Latiam* simul, atque *Pelasgam*
 Audet divitiis addere diva tuis.
 Quin *Syriae* spoliis, spoliis opulentus *Idumes*,
 Scit quid *Chaldaeus*, quid velit ater *Arabs*.
 Ne tibi *Mercurius* placeat nimis, alma *Gedanum*,
 Si *Musae* donant has *Orientis* opes. (*)

Prodiit vero in hanc lucem *Fabricius* noster A. C. clō lōcviij, d. xvij. Februarii. S. fontis beneficio renatum, schola patria & *Gymnasium* inclytum, pietatis & literarum initiis erudiendum exceperunt, in quibus & ingenii praestantia, & pertinaci studio eas doctrinae opes sibi acquisivit, ut jam tum aequales suos longo post se intervallo relinquere videretur. Ab exercitiis scholasticis ad studia Academica, A. clō lōcxxvi, animum applicuit, & ante alias, celebrem *Rostochiensē* Academiam salutavit, ibique Viros doctissimos, magna cum laude docentes, per integrum biennium audivit. Inde A. clō lōcxxviii, salutata in itinere *Lipsia*, in illustrem hanc *Vittembergensē* Academiam profectus est, parique ardo-

(*) Carmen hoc praefixum est Dissertationi hujus *Fabricii*, de Admirabili Eruditionis vi &c. infra citandae,

ardore per triennium studia sua tractavit. Nec Regiomontanam intactam relinquere voluit Academiam, sed per duos ibi commoratus annos, Lugdunum sese Batavorum contulit, lingvaeque Arabicae ac Persicae notitiam haud exiguam, ductu Jacobi Golii, sibi comparavit. Cum itaque certus esset, honores publicos ab nemine sibi invisum iri, qui jam tum decennium in Academiis summa cum laude confecisset, Rostochium denuo profectus, A. clo lbc xxxv, d. xv. Octobris, laurum philosophicam petiit, & quatuor per annos ibidem, non sine suorum emolumento studiorum commoratus est. Non tantum enim eodem anno Orationem Arabicam, de Dignitate & Commendatione Lingvae Arabicae publice recitavit, sed eruditis quoque commilitonibus suis lingvas orientis tanta & facilitate, & felicitate praelegit, ac tantam ab auditoribus gratiam iniiit, ut dies ipse sua brevitate eam invidere nostro videretur. Arabicam praesertim linguam, jam quasi deperditam, instaurare quovis modo laboravit, eaque de causa Typographiam Arabicam novam ibidem instituere in animo habuit, propositumque suum tam feliciter persecutus est, ut Joann. Richelius, Typographus tum Rostochiensis, ederet *specimen Typographiae Arabicae, carmine Arabico Avicennae expositum*, Rostochii 1636. f. Perlusstratis aliis terrarum locis, nominatim Dania, Seelandia, Fionia, Holfatia, Hollandia, Anglia, Gallia, tandem in patriam A. clo lbc XLII, d. XXIX. Maji, literariis instructus opibus, rediit, moxque anno subsequenti d. XXVI. Junii, Pastor Templi Bartholomaeitani declaratus est. Cum autem nemo non divinas hoc in viro miraretur ingenii dotes,



factum est, ut dignus haberetur, qui A. cfo Ioc XLV, colloquio Tōruniensi fraterno, una cum aliis Collegis interesset. (*) A. cfo Ioc L, D. Calovio, Dantisco Vittembergam avvocato, nostro Joanni, Calovii labores, & lectiones Lingvae Hebraeae, usque ad adventum novi Rectoris ac Professoris committebantur, quod munus, praemissa oratione auspicali, in auditorio majori prompte suscepit. A. cfo Ioc LII, M. Decembri Pastor Templi Palaeopolitani Catharinaei factus est, quas tamen officii partes per octo tantum menses administravit. Anno enim subsequente cfo Ioc LIII, die X. Septembris, annum aetatis agens XLVI pestifera lue correptus, repente obiit, ea quidem hora, qua sacra ad aram administravit. Leg. B. D. Samuelis Schelgvigii, Gamalielis mei, Patris loco etiam post fata colendi, Memoriale Pestilentiae, Germanice Gedani, 1709. 8, ubi inter alia in praefatione etiam hujus Fabricii meminit. Confer. Ephraimi Praetorii Athen. Gedan. p. 96. fqq.

Scripta.

1. Dissertatio Philologica de Nomine Jehova, Gedani 1636. 4.

2. Dialepsis de Incarnatione λογος, Summi & Supremi Dei Christi, Rostochii 1637, 4. quam falso Wittenius, Diarii Biograph. P. I. ad A. 1637, d. 15. Septembr. D. Jacobo Fabricio adscribit.

3. Carmen Arabicum gratulatorium, M. Joanni Rauen, d. Professione Eloquentiae, in Academia Rostochienfi A. 1637. d. 14. Februarii collata. Rostochii a. e. 4.

4. Hym-

(*) Leg. Hartknochius l. c. p. 934.

4. Hymnus Angelicus, sacra meditatione expressus; item, Oratio patriarchae Antiocheni, de Nativitate Christi, ex Arabica in latinam linguam translata, Gedani 1637. 4. Lugd. Batav. 1640. 4.

5. Specimen Arabicum, quo scripta quaedam Arabica exhibentur, cum versione & notis criticis, in cuius extremo agit de poësi Arabum. Rostochii 1634. 4.

D. Joannes Albertus Fabricius, Centur. Fabric. p. 50. sequens de hoc scripto profert judicium: Licet nolim inficiari, quod in Catalogo Bodlejano, annotat Thomas Hydeus, versionem Carminis Abul Olae verum agnoscere autorem, Virum in his literis praestantissimum, Jac. Golium, a quo eam Fabricius acceperit; confirmat enim hoc ipse Golius, praefatione ad Grammaticam Arabicam Erpenianam. Fabricio addatur Vinc. Placcii Theatr. Pseudonym. p. 277, n. 1016.

6. Testamentum Muhammedis, quod denuo Wittenius & perperam D. Jac. Fabricio adscribit. Item, Theodori Bibliandri Apologia pro editione Alcorani, Rostochii A. 1638. 4.

7. Dissertatio de Matrimonio Comprivignorum, in Controversia Bohliana, hac inscriptione: Diorthotes status Controversiae &c. 1638, sine nomine Autoris. Eum autem Fabricium esse, Calovius, System. Theol. Tom. VIII, p. 554, arbitratur.

8. Dissertatio de Admirabili Eruditionis Vi, nec non Literarum Studiorumque tranquilla Supellectile, ac Felicitate, cui praefixum est carmen M. Opitii, supra in hoc §, a me citatum, Gedani, prelo Rhetiano, A, 1639, 4. quam ex



bibliotheca D. Hulsemanni, manu Fabricii inscriptam, possidet CL. M. Samuel Cnauthius, Biblioth. Acad. Vitteemb. Praef. Amicus noster honoratissimus.

XXI.

M. MICHAEL FALCKIVS.

Venerabile FALCKIANVM nomen a tot jam annis ad haec usque tempora in patria perquam clarum ac notum est. Primus autem, quem ex hac gente nataliis in fasciis Gedano uidit, est hic M. MICHAEL FALCKIVS, natus A. cō 1622, d. viii. Octobris. Patrem is habuit ejusdem nominis, nativitate Thoruniensem, Professore primo publico in Gymnasio Thorunienfis, postea Pastorem ad aedem Bartholomaeitanam in urbe Gedano longe dignissimum, qui A. cō 1644, aet. XLIX. obiit. Sacro fonte initiatus primo in ludum oppidanum minorem, post in Gymnasium patrium est missus, in quo liberales scientias tam auide arripuit, ut maxima quaeque mature scitis polliceretur. A. cō 1646, consilio & voluntate eorum, qui loco Parentis ipsi erant, in Regium concessit montem, ubi ultra annos tres naviter literis operatus, lauream Philosophiae A. cō 1649, eodemque illi Academiae seculari, est consecutus. Inde in patriam redux, per breve ibi tempus commoratus, A. cō 1650 Thorunium se contulit, ibique colloquio, semel iterumque iam memorato, interfuit spectator & auditor. Peregrinas autem Academias visitare cupiens, bonis auspiciis Daniam, totamque Hafniam per-

perlustravit. Exinde A. cōloc XLVI, visa Dania, Rostochium se contulit, ibique per integrum biennium permanfit, ex quo tempore A. cōloc XLVII, Academiam Lugdunensem apud Baravos salutarvit, ac biennium ibi commoratus, reliquas quoque Belgii civitates, & in iis eruditionis principes viliravit. A. cōloc L, Argentoratum petenti, vicinaque alia loca perlustranti, praeter omnem spem atque opinionem, literis publicis, a Collegio, ut vocant, Scholarchali patrio, missis, ad Professionem Philosophiae Instrumentalis et Practicae, curamque Bibliothecae publicae evocatus est. Qua benevolentia allectus, Gieffa, Marpurgo, Jena, Lipsia, Vitemberga, & Rostochio, in itinere visitatis, domum rediit, & A. cōloc LI, d. XIII. Julii, ad munia haec obeunda, solenniter est inauguratus. Anno cōloc LII, M. Decembri, ad Pastoratum aedis D. Bartholomaei est vocatus, salva ipsi Professione Philosophica, qua tamen, ingruente peste, propter negotia sacra, est liberatus. Declaratus tandem A. cōloc LVII. Templi Catharinalis Pastor, vita functus est d. XIX. Sept. A. cōloc LXXXVII, aet. LVI, minist. XXIII, Professionis secundo. Leg. Nostri curriculum vitae, annexum concioni funebri, a M. Joach. Simone in orbitum ejus habitae, & Praetorii Athen. Gedan. p. 98. sqq. Iconi ejus sequens Epigramma moestissimus filius Joan. Falck, subjunxit.

Cui Sophiae pectus, Pitho cui finxerat ora,
FALCKIVS, Eusebies gloria, talis erat.

In terris, praeter Christum, nil nosse volebat,

Fulgentem in coelis quem sine fine colit.

Rector & Professores Gymnasii Regii Stetinensis in Pro-
gram.

grammate funebri, quo obitum D. Natth. Falckii ciuibus hujus Gymnafii indixere, jure meritoque hunc noftrum Michaellem nominant *Acutiffimum Philofophum pariter ac Theologum, fuo tempore inter Boruffos famigeratiffimum.*

Scripta.

1. Affertiones Miscellaneae Philofophicae, Regiom. 1642. 4.
2. Differtatio de Ministerio Lutheri & Lutheranorum V. D. Ministrorum, *ibid.*, A. 1643. 4.
3. Difputatio de Elementorum Alteratione, *ibid.*, 1643.
4. Oratio Panegyrica feularis in laudem Alberti I, Ducis Pruffiae & Academiae Regiomontanae Conditoris, *ibid.*, 1644.
5. Difputationes III de Philofophia in genere, quarum I, *ibid.* a. e. duae reliquae autem annis feqq. habitae funt.
6. Difputationes II, quarum prima de Natura Elementorum, feconda, de Mutua Elementorum tranfmutatione agit. *ib.*, 1646.
7. Et aliae quamplurimae Difp. de Sacra Scriptura in Phificis adhibenda, de Generatione & Corruptione, de Spiritu Vniuerfi, de religiofa Carnis Chrifti cum $\lambda\theta$ adoratione &c. Vid. Praet. I. c.
8. Collegium Politicum in VIII. Ariftotelis Politicorum libros, Argent., 1650, 4.
9. Oratio de nimia Philofophandi libertate, fub auspicio profeffionis philofophicae, Gedani, 1651, 4.

10. Drey

10. *Drey Buss-Predigten*, super Luc. XV, de Filio deperdito, & aliis pericopis, Francof. 1681, 4. sub calcem, p. 1028, sqq. conspicitur annexa Oratio funebris M. Joach. Simonis, in obitum B. Falckii habita, & supra jam citata.

11. Conciones XX, de J. C, Principe pacis, ex Jo. hann. XVI, v. 33. *ibid*, 1686. 8.

12. Scripta quaedam polemica, nomine totius Rev. Ministerii vulgata.

XXII.

NATHANAEL FALCKIVS, (*)

SS. Theologiae D. ejusdemque in Gymnasio Carol. P. P. Pastor ad aedem D. Mariae, & Synodi Stetinensis Praepositus magnae celebritatis fuit. Patrem nactus est, in praecedenti numero laudatum, M. Michaelem Falckium, & fratrem Plur. Reverendum JOANNEM FALCKIVM, Pastorem etiam nunc ad aedem Catharinaeam in patria longe meritissimum, Patronum meum summopere venerandum. Ab hoc Parente genitus, primam lucem Gedani vidit Anno

I

c10

(*) *Σμωνιδης* habet praeter Avum, Parentem & Fratrem (1) *Simonem Falckium*, Lipsiensem, cujus Repertorium Juris extat expressum Lipsiae 1457 (2) *Joannem Falckium*, Jesuitam & Cellisii Principis a Dietrichstein Confessionarium, cujus Epistolam ad Joannem Christianum Volhardum, D. Medicinae, lege sis apud Summe Rever. D. Val. Ern. Loefcherum, Relat. Innocent. ad A. 1704. p. 32. Responsoriorum D. Joannis Christiani Volhardi ad Joann. Falckium vid. *Ibid.* ad A. 1705. p. 386.

clō Ibc Lxiii d. XI Octobris, hōra XI meridiana. Praevia sacra
 lustratione, nomine Nathanaelis imbutum, parentes magna
 cura privatos intra parietes, monitis assiduis, dome-
 sticisque exemplis instituerunt, unde, dum viveret, iden-
 tidem sincere est confessus, sibi ad bene vivendum dome-
 sticum fuisse exemplum, quod intuens, optimus evaserit.
 Cum itaque pulchram in corpore pulchro animam Paren-
 tes animadverterent, filium hunc totum bonarum artium
 studiis consecrarunt. Qua de causa, jactis sub institutione
 B. Christophori Behrii, & Joh. Krigii, Scholarum, Marianae
 & Catharinianae, t. t. Rectorum, literarum fundamentis,
 annum agens XIII, Nathanael noster in Gymnasium patri-
 um est missus. Vbi tam avidae recitationes Professorum,
 praesertim B. D. Sam. Schelgviigii, Philosophiam & Theo-
 logiam tunc docentis, & B. Friderici Christ. Bucheri
 excepit, ut saepe fuerit confessus, se multa, quae in Philoso-
 phia & Theologia sciret, hisce fidelissimis Gamalielibus si-
 is debere. Editio in Gymnasio specimine publico, de capil-
 lamento, Dispp. 2. proprio ingenio confectis, A. clō Ibc Lxxxiii,
 M. Octobri, Rostochium discessit, ubi a Quistorpiis, tanquam
 cognatis perhumaniter exceptus, imprimisque D. Joannis
 Quistorpii domo & mensa, aliorum quoque manu ductio-
 ne non sine fructu usus est. Elapsio fere triennio, editoque
 rursus duplici specimine Theologico, de Arcanis status in
 Religione Muhammedana, Praeside D. Quistorpio, & du-
 ctu D. Schomeri, de Jure colligendi ad privatam pietatem,
 quae, Disputationem primam de Collegiatisimo, tam Ortho-
 doxo quam heterodoxo conficit, A. clō Ibc Lxxxv, Vitem-
 ber.

bergam, celebrem hanc ad Albin Academiā venit, ubi industria pari & successu studiorum telam pulchre pertexit, atque in Eloquentia Kirchmaierum, in Hebraicis Daffovium, in Historicis Schurtzfleischium, in Mathesi Mich. Strauchium, in Ethicis Roehrenseum, aliosque diligenter audivit. In Theologia duces habuit Mich. Waltherum, Johannem Frid. Mayerum, Io. Deutschmannum, & Summe Rev. D. Casp. Loefcherum, quem ultimum, hic sub vexillo Christi egregie adhuc militantem, D. O. M. conserveat! Cum itaque per integrum annum hac in Academia studia excoluisset, A. c15 lxxvi lauream philosophicam consecutus, & biennio post Ordini Philosophorum adscriptus est. Quem honoris gradum, variis, iisdemque rarissimis disputationibus defendit, & auditoribus suis variarum scientiarum scholas aperuit. Externas quoque regiones visitare cupiens, Germaniam inferiorem, Belgium & Angliam perlustravit, neque exiguum sapientiae thesaurum, quem assidua & diligens cum Viris, sapientia & virtute excellentibus, conversatio suppeditaverat, sibi acquisivit. A. c15 lxxii. reversus Vittembergam, Decanus Ordinis Philosophici renuntiabatur, ac paucis ab hinc mensibus, postquam ab Illustri, Potentissimi Svecorum Regis, in citeriore Pomerania Regimine ad obeundum illud, quod dixi, munus, evocatus fuerat, infulis Doctoris Theologi ornabatur. Quid tum Doctor noster hac de vocatione, eamque statim subsecuto morbo gravissimo, senserit, per duas diversas Epistolas ingenue candideque aperuit. (*) Vittembergam, post recu-

I 2

pe-

(*) Insertae sunt illae B. Nostri Descriptioni Vitae, concionibus

peratam valetudinem, & Disputationes aliquot ante abitum habitas, relicta, Sedinum se contulit, ibique benevolentia totius civitatis exceptus, munia publica, praemissa concione & Oratione auspicali, subiit. Cui officio summa cura, applaudentibus semper auditoribus, ad finem usque vitae praefuit, mortuus caelebs A. clō lbc xciii, d. xix, Augusti, postquam vivendo annos aetatis xxx compleverat, officii circiter lxx menses. Quanta vero apud Viros eruditissimos Falckii nostri existimatio fuerit, vel ex Epicediis undiquaque allatis intelligi potest. Vix temperare mihi possum, quin unum alterumve elogium ex illis excerpam, & B. L. ante oculos ponam. D. Sam. Bened. Carpzovius sic de nostro cecinit:

Tu quoque decedis, FALCKI, statione, supremi
 Jussu Imperatoris, tua,
 Robore qui firmo, qui mentis acumine doctae
 Prodesse poteras plurimum.
 Qui decus afflictæ simul, & nova fama Sionis,
 Juvenisque praeftabas Senes.

D. Joann. Frid. Mayerus in Inscriptione sepulchrali:

*Hier ruht ein Gottes-Kind, ein Greiß in jungen Jahren,
 Beydem sich Gottes-Furcht und Weisheit wollen paaren.
 Hier ruht ein Gottes-Mann, ein eingestrichter Fleiß,
 Ein Gnaden-voll Gefäß, der reinen Kirchen-Preiß.*

Hier

bus ejus Matutinis & Vespertinis annexae, p. 708, 770. Uti-
 mam quoque reperies in D. Goertzii Diff. de Theologis sub
 auspiciis novorum officiorum demortuis, p. 5. sq.

*Hier ruht der Städte Luft, hier ruht des Landes Zierde,
Ein Mann gesunder Lehr, von himmlischer Begierde,
Ein Mann, den Gott der Herr nach seinen Herten fand,
An dem man Jesus Sinn, und Stimm, und Geist, erkant.*

Summe Rev. D. Joannes Fechtius:

*Falcki sacrarum quem vasta scientia legum,
Et quem faciendi Deus exornaverat oris,
Atque abstrusarum praestans sapientia rerum,
Et pietas, & sancta fides, & mixta pudori
In vultu gravitas, sermo, moresque benigni,
Officiumque & pacis amor, rarissima virtus,
Invictum studium, cura indefessa, laborque,
Et, quicquid solida celebrari laude meretur,
Haec immaturo dum tecum singula leto,
Te moriente, cadunt, quis te non ploret ademptum,
Æternum Falcki nomen post fata futurum?*

Gravia pariter sunt verba D. JOACHIMI WEICKHMAN-
NI, Rev. Ministerii in Patria Senioris, Patroni mei ad cineres
usque Colendi, quando, inter alia, haec in obitum FALCKII
scribit:

Loquar ex vero, non affectu:

Nihil quicquam de Te dici potest tam magnifice, quin id Virtus
Sciunt omnes, (tua superet,

Oratorem eloquentissimum,
Philosophum subtilissimum,
Theologum acutissimum
per obitum FALCKII periisse.

Tandem ad magnum Schurtzfleischium eo lubentius recur-
ro,



ro, quo exquisitori de viris eruditissimis judicandi polluit facultate. Observentur verba ejus, quae Epistol. T. II, p. 130, de Falckio nostro consignata reliquit: *FALCKIVS, praeter expectationem omnium deceffit, Vir, coetui suo descendens, quem praeter ceteros, cum ob eruditionem, tum ob pietatem atque modestiam, amicitia mea dignum duxi.* Plura de nostro Doctore encomia colligere nihil attinet, cum egregia scriptorum ejus monumenta sat abunde de Viri eruditione testentur.

Scripta.

1. Quaternarius Dissertationum Philosophicarum, de Daemonologia recentiorum Auctorum falsa, Wittembergae A. 1692, 4, recensus ibid. praefixis literis Schomerianis, A. 1694, 4.

Prima ex his varias recentiorum ad Atheismum vias ac methodos, imprimis per negatam Daemonum existentiam, demonstrat; secunda ortum Daemonologiae falsae, & progressum historice declarat; tertia de Daemonologia Hobbessii & Spinozae; quarta de Daemonologia Beckeri, & aliorum, agit. Graviter de huiusmodi commentatione sentit D. Schomerus, literis ad Auctorem datis, in quibus haec etiam verba leguntur: *In erudita illa de Daemonibus commentatione ostendisti vires ingenii tui, ut nullus dubitem, quin plures mecum in eandem traxeris de discessu tuo sententiam.*

2. Septenarius Sacer, oder 7. sonderbare Predigten, continens (1) homiliam pro Licentia Gradus Theol. Doctoris, II, Probatoriam, III, Aufspicalem, IV, in Novum Annum,

num, V, Confirmationis, VI, Investiturae, VII, Hospitalem, Francof. & Lipsiae, A. 1697, 4.

3. *Gottgeheiligte Früh- und Vesper-Stunden, oder Miscellan-Predigten*, in quibus continentur XVI Conciones Hebdomadales, XVII Funebres, III Poenitentiales, quibus annexa Oratio Funebris, in obitum hujus FALCKII a Godliebo Ecksteinio Sedini habita, & concio Parentalis a fratre Joanne Falckio in ejusdem obitum Gedani habita, quae conjunctim prodierunt, Sedini, 1697, 4.

4. Edidit quoque librum, quem nominavit Nicolai de pio Zelo *Absfertigung wieder C. F. Palmen*, nomen vero, hujus Autoris Falckium nostrum tegere, B. D. Sam. Schelgwigius Synopf. Controv. Pietist. Art. xxxiii. Qu. ii. p. 380, extrema, auctor est.

5. Disputationes variae, eademque rarissimi argumenti. De Capillamentis, Gedani sub Praesidio B. D. Sam. Schelgwigii. De arcanis status in religione Muhammedani. De quaestione: An Physico falsis aliquando principis uti necessum sit? De stabili Imperio per coactionem conscientiarum, in negotio religionis. De Philosophiae cum Theologia Concordia, & Usu. An obsessa Civitas extrema ab hoste pati debeat, si sciat, auxilia sibi haud submissum iri? De distinctione suppositi a Natura. De Anima separata. De discursu brutorum. De potestate Imperantium ad actus sua natura illicitos se non extendente. De eo quod licitum est subditis in causa oppressae religionis. An, & quousque Princeps observare leges fundamentales teneatur? Quid subditis pro defendendis legibus fundamentalibus liceat? De Spi-

Spiritualitate Dei. Num Angeli intelligant secreta cordium? De Regno Dei Benedicto, ex Num. VI, v. 22--27, ad Licentiam summorum in Theologia honorum consequendam. Inter ejus scripta *ἀνεκδότα* maxime celebrantur Orationes Panegyricae tres, I, de Licentia nostri temporis, in absurdissimas veterum haereses proclivi, cum munia Prof. Theol. Primarii Sedini susciperet. II, de Incrementis & Decrementis Domus Austriacae. III, de Infolitis Terrae motibus, in Decanatu Vittembergensi habita, cum Programmate gemino, altero ad Honores Philosophicos in illustri Academia Vittembergensi, altero ad lectiones theologicas, in Gymnasio Sedinenfi, invitante; ac totidem Epistolis, diversa occasione scriptis, quas omnes, in usum boni publici, collectas, luce donare non gravabitur divi Nathanaelis Frater, JOANNES, supra laudatus, si quis sit Bibliopolarum, qui sumtus suppetet.

XXIII.

GEORGIVS FEHLAVIUS,

Natus est A. C. clō lbcxxiv, & clō lbc lxi spartam Paftoris ad D. Mariae in patria, suffragante Magnifico, r. r. Civitatis Gedanensis Senatu, obtinuit. Obiit A. clō lbc lxxii, d. ix. Decembris, aetatis xlviii. Commendabat eum praeter studium, quo in antiquitates, cum sacras, tum profanas incubuit, oris inprimis facundia. Tanta enim, quod omnes fatentur, suavitate pro suggestu sacro divina oracula exposuit, ut nectar stillare oratio ejus videretur. Hinc semel

mel iterumque laudatus Joachimus Pastorius, anagramma hoc, o *suavis flus gregi*, ex ejus nominis literis concinnatum, sequenti Epigrammate exponit:

Omina quid poscant, hic aspice, clare *Fehlavi*,
 Pars ingens animi, delictumque mei.
 Omnia tu suavi jam dudum pectore vera
 Efficis, assertum nominis ipse tui.
 Attica Socratico genium tibi Pallas Hymetto
 Imbuir, & Latiis proluit ora favis.
 Accessere sacris rorantia mella viretis,
 Quoque rigas totos nectaris unda greges.
 Est per se liquor iste pio suavissimus omni,
 Svavior est tali cum fluit ore liquor. (a)

Scripta.

1. Christophori Angeli Enchiridion, de statu hodiernorum Graecorum, quod eruditissimis suis Accessionibus ex historia, tam sacra, quam profana, Fehlavius noster illustravit. Lipsiae, 1668. 4. (b.)

2. *Stern-Predigt, von 2. Himmlischen Wunder-wercken, dem Freuden-Stern der Weisen, und Trauer-Stern, dem Cometen* A. 1653. Danzig, a. e. 4.

3. *Siebentältiges Sonnen-Wunder, eine Predigt als Sieben Neben-Sonnen gesehen wurden.* Ibid. 1664. 4.

4. Orationes funebres per plures.

K

5. Wit-

(a.) Sylvarum Lib. VII. p. 47.

(b.) Est itaque minime Fehlavius hujus scripti Auctor principalis, ut perperam Koenigius Biblioth. V. & N. p. 298 putat, quando ponit: scripsit de statu hodiernorum Graecorum.

5. Wittenius Diarii Biograph. P. I. ad A. clō lōc LXXII, d. IX. Decembris, addit scriptum quoddam germanicum, cui titulus: Speculum muliebre spirituale, quod tamen inspicere nondum mihi contigit.

XXIV.

MAVRITIVS FERBERVS,

J. V. D. primo Leonis x, Pontificis R. Cubicularius & Proto-Notarius Apostolicus, postea Custos & Canonicus Frauenburgi, Lubecae, Revelae, Derptae, Antistes item Gedanensis ac Melsacensis, tandem A. clō lōc XXXIII, sexaginta ferme senex annorum, a collegio Canonicorum Episcopus Varmiensis electus est. Hic sedem Episcopalem, a late-
re Ecclesiae cathedralis Frauenburgensis, suis sumtibus egregie exstruendam curavit. Interim nec illud omittendum, infensissimum eundem Lutheranorum hostem fuisse. Augustanae Confessioni addictos ex ditione Varmiensi modis omnibus exagitavit. Obiit A. clō lōc XXXVII, d. I. Julii, corpus Frauenburgi terrae mandatum est. Leg. Hartcknochii H. E. Pr. L. I. c. III. p. 156.

XXV.

HENRICVS FREDERVS, (*)

Primo Reipublicae Gedanensis patriae Syndicus, postea Prae-

(*) Hic Henricus Frederus fuit Parens B. Domini *Constantini Frederi*, Prae-Consulis olim civitatis Gedanensis. Hujus filius est Nobilissimus, Spectatissimus, Amplis-

Prae-Consul ejusdem Reipublicae, & Burggravius longe meritissimus, pie denatus A. c13 DC LIV, eodemque anno, quo, a S. R. M. Burggraviu fascibus ornatus erat. Joachimus Pastorius, ductu anagrammatis: *Fundens Pericles, res arduas regens vinco*, ex nomine: *Henricus Frederus, Prae-Consul Gedanensis*, sequens in laudem hujus Viri Epigramma conscripsit:

Attonuit veteres facunda Periclis Athenas
 Vox, & fulmineus pectora graja sonus.
 Me quoque *fundentem* non segnia verba *Periclem*
 Audiit, & gratam patria sensit opem.
Ardua, si qua fuit, Gedano *res* acta Senatu,
 Absque ministerio non fuit acta meo.
 Et nunc usque *rego*, Consul primarius, urbem,
 Et *vinco* quicquid sparta laboris habet.
 O, nisi difficilis premeret spiracula morbus,
 Quam poteram votis par magis esse meis.
 Nunc clavum patriae, quia postulat illa, regenti
 Flaccida vela mihi parciore aura mover.
 At fluat illa minus, nihilominus, auspice coelo,
 Ad portum patriam sic quoque duco ratem. (*)

Scripta.

I. *Lustige Frage: Ob ein Mann sein Ehe-Weib zu schlagen
 berechtiget?* quem tractatum, primo Latine editum, vertit

K 2

Da-

plissimus Dn. *Henricus Frederus*, Aedis Marianae summae
 in patria Antistes longe meritissimus, Patronus, & Am-
 plicator studiorum meorum maxime suspiciendus.

(*) Sylvarum Poeticarum L. III. p. 89. sq.

David Schirmer, Freiberga - Misnicus, Ser. Electori Saxon.
a Bibliotheca, & edidit Dresdae 1656. 8.

2. Senatus Dantiscani Oratio, ad ingressum Regis
Vladislai IV in civitatem, circa solstitium hybernium A. 1634,
ab Henrico Frederico, t. t. Syndico, habita, atque ab eodem
Gedani edita, & Jacobo Zadzik, Episcopo Culmensi & Po-
mesano, supremo R. P. Cancellario, inscripta, 1634. f.

3. Quaestiones tres monetales, ad Consultationes hu-
jus temporis, in Republica Polona, pertinentes, exscriptae
Gedani 1636. 4.

4. De Juribus Terrarum Prussiae & Civitatis Geda-
nensis, adversus novam ibidem telonii affectationem, ed.
Gedani, 1637. 4.

5. Rationes contra Telonii marini exactionem novi-
ter affectatam, cum responsione ad rationes adversarias,
ibid. 1637. 4.

XXVI.

TIDEMANNVS GISE, (*)

Liberalium artium Magister, principio Custos & Ca-
nonicus Frauenburgensis, Praesul Gedanensis, postea vero
Epi-

(*) *Opusculis*; habet (1) *Constantinum Gifsum*, Burgrabium
quondam & Consulem Dantiscanum, cui M. Huldarius
Schoberus Paralipomena sua inscripsit. (2) *Henricum Gi-
ssum*, cujus monumentum in aede summa Mariana Geda-
ni, ita legitur:

Terra regit terram.
Hac tegor *Henricus* terra de gente *Giforum*,
Hilse, Viator, abi, cetera fama dabit.

Obiit

Episcopus Culmenſis, tandem A. C. MD XLIX, in locum Joannis a Curiis, ſeu Dantiſci, de quo ſupra p. 32, actum eſt, Episcopus Varmienſis creatus eſt. Quamvis autem Pontificiorum religioni erat addictus, nihilominus tamen Auguſtanae Confeſſioni addictos, pari fere, quo Joannes Dantiſcus, Anteceſſor ejus, amore proſecutus eſt. Eraſmum Roterodamum, quo familiariter utebatur, ſcripto non uno, publice edito, ab aliorum, etiam inter ipſosmet Pontificios, inſultibus & criminationibus defendit. Teſtatur id Piaſcius, Chronici geſtorum in Europa ſingularium, p. 41. Idem forſan in animo habuit Auctor, qui Catalogum Episcoporum Varmienſium confeſcit, dum ita de eo ſcripſit:

Facundus calamo Praeſul, foecundus & ore,
Sed, quod vix credas, in religione remiſſus;
Immo aliquid contra ſcriptis vulgavit iniquum.
Quam ſaepe ingeniis mixta eſt dementia magnis!

Quanto amore Profeſſores Lutheranos in Academia Regiomontana, itemque Poëſin complexus fuerit, Felix Fidlerus his verſibus indicavit:

Summe Vir, Aonidum decus & ſpes ampla fororum,
Ad tua nil mirum, ſi Dea pleſtra ſalit.
Qui fidibus ſacras imitatus Apollinis artes,
Horrida Moeonio carmine ſaxa trahis.
Haec conceſſa tibi facundae gratia linguae
Threjicio Vati te facit eſſe parem.

K 3

Gra

Obiit Anno Salutis clo lbcix, d. xxv. Maji, aetatis ſuae xxxv.
Leg. Reinoldi Curicke, Deſcript. Urbis Dantiſc. p. 34.



Gratus es interea, Musasque dedisse fateris,
 Quicquid ab ingenio nobilitatis habes.
 Rursus & ingenuas complexus amore Camenas,
 Quo decet, Aonidum pectore sacra foves.
 Ipse licet non sim numerandus in ordine Vatum,
 Esse tibi curae carmina nostra, scio. (a)

Neque illud praetermittendum, celebrem Prussiae Mathematicum, Nicolaum Copernicum, svasu hujus Gifii, opus suum absolutissimum, de Revolutione orbium coelestium, confecisse, quod deinceps, Georgius Joachimus, Rheticus, discipulus Copernici, evulgavit. Insignia ejus, quae postea quoque nobilis ipsius familia retinuit, plane curiosa fuerunt. Super galea enim Leo eminebat, sub galea conspiciebatur clypeus, in quo unda, & Leo qui ex media unda emergit. Quid Antistes hic Generosus insignibus his indicare voluerit, Huldricus Schoberus, Lubena Silesius, Gymnasii Thorunienfis Pro-Rector, A. c. 1593, aet. xxxix. defunctus, hoc Epigrammate ostendit:

Magnificos mores & inania pectora fraudum,
 Factaque Gifiadum signat honesta Leo.
 Natales generis Galeae monstrantur apertae,
 In clypeo labens unda videnda venit,
 Et Leo qui media sublimior emicat unda,
 Virtutem, discas hinc, mala multa pati,
 Quae tamen invictum, per mille frementia monstra,
 Clara triumphatrix tollit ad astra caput. (b)
 Obiit

(a) Leg. Hartknochii H. E. Pr. L. VI. c. I. p. 1043. sq.

(b) Paralipom. supra citat. ad Magnificum Constantinum Giesium, Torunii 1593, 2.

Obit tandem Gifius noster, cum per sesqui annum fasces
Episcopatus Varmienfis gefiffet, A. clb l L, d. xxiv. Octo-
bris, aetatis LXXI, sepultus Frauenburgi. (a)

XXVII.

ABRAHAMVS GOLNITZ, (b)

Fuit Secretarius Regis Christiani IV, & seculo superio-
re XVII vixit. Hunc Koenigius Biblioth. V. & N. p. 352, b.
falso nominat Danum, uti Cl. Joannes Mollerus, Hypomn.
ad librum Alberti Bartholini, de scriptis Danorum, p. 152,
observat.

Scripta.

1. Vlyffes Belgico-Gallicus, fidus per Belgium, Hi-
spaniam, Regnum Galliae, & Ducatum Sabaudiae, Tauri-
num usque, Dux & Achates, prodiit primum Lugd. Batav.
1631. 4. deinde recusus Amstelod. 1657. 12.
2. Princeps ex Tacito, Lugd. Batav. 1636. 4.
3. Compendium Geographicum, Amstel. 1643. 12. re-
cusum Vittemb. 1671. & 1678. 12.

XXVIII.

GABRIEL GRODDECKIVS,

L. L. artium Magister, in Athenaeo Gedanensi patrio
Philosophiae & L. L. Orient. P. P. & inclytae ejusdem Rei-
pu-

(a) Legatur Hartekn. l. c. L. I. c. III. p. 157, 158.

(b) Γολνιτιος ceterum huic Abrahamo est *Georgius Christianus*
Golnitzius, qui edidit librum de Regali vechigalium Jure,
1633. 4.

publicae Bibliothecarius optime meritus, primum hausit spiritum A. C. cl. Ioc LXXII, d. VII. Januarii, patremque habuit Albertum Grodeckium, civem ac Mercatorem laudatae civitatis opulentissimum, matrem Barbaram, natam Fickiam. Avus ejus paternus Albertus Grodeckius, Civis Silesiae integerrimus, ob emendatiorem verbi Dei doctrinam, praedia, agnatos & omnia relinquens, exul sponte factus est. Iactis in Athenaeo patrio literarum fundamentis, editis pariter profectuum suorum, cum de Novo orbe invento, Latine, & de vitando pravo sodalicio, Graece perorando, tum disputando, speciminibus, A. cl. Ioc XCII. in Academiam Lipsiensem missus est, cujus tanto amore tenebatur, ut in mente eam & ore semper haberet. Nec spes sua eum frustrabatur, siquidem id, quod semper optaverat, in Viris, supra omnem laudem positis, Valentino Alberti, Thoma Ittigio, Joanne Schmidio aliisque invenerat, quos semper in mente ac memoria & vultu in oculis circumferre consuevit. Cum autem dies noctesque abditus in suo musaeo, in studia, uti civem Academicum decet, incubuisset, A. cl. Ioc XCIII, d. XXVI. Januarii, applaudentibus eruditis, laurea Philosophiae coronatus est, & perlustrata Praga, Bohemiae metropoli, Lipsiam rediit, ab aula Electorali Saxonica, Collegiatis, ut vocant, Collegii D. Mariae Virginis, quod Lipsiae est, ascriptus est. Praeterea beneficium, Prussis, ibi studiorum causa commorantibus, quondam legatum, sed diu obsoletum, restituit, & ipse per multos annos percepit: eaque re simul tantam a patria sua gratiam iniit, ut tres civitates Regiomontanae eum *Restauratoris obsoleti totius Prussiae beneficii* elogio cohaerentia

nestarent. (*) Cum vero Groddeckius haud ignoraret, congressum prudentum, prudentiam conferre, peregrinas etiam terras visitare cupiens, A. c1o 10c xcvi Hamburgum versus ad Batavos, Britannos, Gallos, Italos profectus, ipsum terrarum oculum Romam aliaque loca quam plurima vidit, doctissimorumque consuetudine virorum ubique usus est. Erudita hac peregrinatione finita, Lipsiam Anno c1o 10c xcvi, Calendis Majis reversus, honores capeffivit, dum A. c1o 10c xcvi literaturae Talmudicae & LL. Orientis P. P. Extraord. moxque anno subsequente Ordinis Philosophici Assessor denunciaretur. Quibus quidem rebus Magnificus civitatis Gedanensis Senatus permotus, A. c1o 10c xcix eum literis publicis ad *Professionem Ordinarium Philosophiae primae & practicae* administrandam, item ad Bibliothecae publicae curam vocavit. Quam provinciam d. x. Decembris ejusdem anni aggressus, tanta diligentia ornavit, ut vultus ejus pallidus nimiae cujusdam industriae signa per omnem vitam circumferret. A. c1o 10c ci, in societatem scientiarum Regiam, quae Berolini est, receptus, paulo ante obitum, loco prioris Professionis, LL. Orientales docendi spartam Magnificus Patriae Senatus Groddeckio nostro commisit, quam tamen, morte praematura impeditus, adire non potuit. Pestifera enim lue, quae urbem tum gravissime affligebat, correptus, una cum conjugee, nondum quadraginta horis interjectis, A. c1o 10c cix. d. xii. Septembris placide defunctus est, postquam annos aetatis xxxvii &

L

men-

(*) In Epistola c1o 10c xcvi d. xxvi Aprilis ad eum perscripta cujus meminit Programma postea citandum.

mensis viii summa cum laude vivendo confecerit. Leg. Programma funebre, quo Rector ac Professores Athenaei Gedanensis moestissimum ejus obitum publice significarunt. Add. Dn. Ephraimi Praetorii Athen. Gedan. p. 155.

Scripta.

Brevitatis studio, omitto hic ejus Disputationes, quas partim Gedani, ante suum in Academiam abitum, partim Lipsiae exhibuit, fuscè recensitas a Dn. Ephraimo Praetorio l. c. p. 156. Eas tantummodo hic apponere ex Praetorio constitui, quas Gedani, ut Professor, evulgavit. Sunt autem eae quae sequuntur:

1. De Rebus Davidis, ante Regni Israelitici administrationem gestis, contra Baelium, A. 1701.
2. De Rebus Davidis, post susceptam Regni Israelitici administrationem gestis, contra eundem, A. 1702.
3. Trias observationum singularium ex Historia Literaria, A. 1702, quam recenset Tentzelius, Biblioth. Curiosae ad A. 1704. p. 404. sqq.
4. De Enthusiasmo Philosophico, A. 1702.
5. De Funambulis. A. 1702.
6. De Monachismo Politico. A. 1703.
7. De Anno & Die S. Polycarpi. A. 1704.
8. Theses Miscell. Philosoph. xxi. A. 1705.
9. De Moderatione Victoris. A. 1705.
10. Problema Philosophicum: Quinam per naturam errores sectentur? A. 1707.
11. De Philosophia, Revelationis divinae indice. A. 1707.
12. De Spiritualitate Dei, ex Luraine Naturae asserta 1708.

13. De eo quod iustum est circa Tormenta Bellica.
1708.

14. Pseudonymorum Hebraicorum Hexecontas, A.
1708. Quae Dissertatio inserta est Vincentii Placcii Theatro
Anonym. & Pseudonym. Hamb. 1708. f. sic inscripta:

Spicilegium, aliquot Librorum Anonymorum & Pseudony-
morum, qui lingua Rabbinica partim impressi, partim ma-
nuscripti reperiuntur, collectum a M. Gabriele Grodeckio,
firmatum atque auctum hinc inde notis doctissimis Edzardia-
nis, Normannianis, aliisque.

15. De Pactis conventis. A. 1709.

16. De dicto Chilonis Lacedaemonii: Nequid nimis,
Dispp. 2. A. 1709.
Nihil nunc dicam de eruditissimis ejus observationibus, quas
Aetis Eruditorum Lipsiensibus, quorum erat socius, inse-
ruit, aut de iis, quae in Novis Literariis Maris Balthici de eo
congesta leguntur. Extat quoque ejus Epistola ad Virum
Summe Vener. D. Georgium Henr. Goetzius, Superint.
Lubecensem, data, & reperitur in Novis Literariis Lube-
censibus ad A. 1704. p. 77, in qua nonnulla cum Goetzio
communicat, quae ad reliquias Lutheri, de quibus rum Com-
mentationem medirabatur Goetzius, pertinebant.

XXIX.

JACOBVS HEGGIUS. (*)

Nomen hoc in historia Holsatorum ecclesiastica haud
L 2 igno-

(*) Ομαώνυμος nostro est Robertus Heggius, Duncelmensis An-
glus,

ignotum est. Vixit Jacobus noster Sec. xvi, quo purior doctrina castitati suae restituta est. Primum quidem varios in coetu divino motus excitavit, hos tamen non multo post, edita errorum palinodia, omni modo emendavit. Vivebat enim illo tempore famosus Anabaptista, Melchior Hoffmannus, qui deinceps ex inferiore Germania Argentoratum venit, & in publicam disputationem cum Theologis A. clō Is xxxii d. ii Junii descendit. Docuit hic, Paedobaptismum a Diabolo esse; Verbum non assumisſe carnem ex Maria Virgine, sed ex semetipſo; Mariae carnem vocavit maledictam; Christum una tantum natura praeditum esse, non duabus, & quae sunt alia ejus placita, ob quae in vincula conjectus diem obiit supremum. Leg. D. Io. Wiggandus de Anabaptismo, p. 18. Ab hoc Melchioris Hoffmanni partibus hic Jacobus stetit, & quovis eum modo defendere conatus est. Quamvis autem, jussu Friderici I, Daniarum Regis, clō Is xxix, Flensburgi colloquium cum eo institueretur, & Theologi, qui eidem intererant, omnem navarent operam, ut ad meliorem Heggii mentem reduceretur, ille tamen rectoribus monitis spretis, animum errore obfirmavit & propterea ex omnibus Regis ditionibus ejectus est. Quo facto, mentem suam mutare coepit, & Hamburgum digressus, summo illi Theologo, Joanni Bugenhagio, qui istud colloquium moderatus erat, animum suum aperuit, deque mota controversia cum eo collocutus est.

Hic

glus, artium Magister & collegii corporis Christi, in Academia Oxoniensi, Socius, qui obiit A. 1629. d. ii Junii aet. 37 & scripsit de Horologiis, de Cylindro in area, vel quadrangulo, & Lectiones in aliquot S. Codicis loca.

Hic dubia Jacobi nostri feliciter solvens, tandem eo redegit hominem, ut non tantum ore, verum etiam literis, falsas suas opiniones retractaret. Cujus Revocationis formula, deinceps typis expressa, recensita reperitur apud Christoph. Guil. a Vallo, f. Valpurgerum in Hist. Consign. germanice edita, P. I. Sect. II. p. 21. sqq.

XXX.

JOANNES HEVELIVS,

Consul Senior in urbe Gedanensi palaeopolitana longe clarissimus, membrum regiae societatis Anglicanae, decus & ornamentum patriae, immo literati orbis, motuum coelestium perscrutator excellentissimus, primam lucem hausit A. clō lōc xi, d. xxviii. Januarii. Parentem habuit Abrahamum Hevelium, civem laudatae civitatis florentissimum, matrem, Cordulam, natam Heckeriam. Ut inde a prima aetate modo dictis parentibus optimam spem fecit, ita mature satis institutioni dexterrimorum Praeceptorum creditus, & inclyti Athenaei patrii civium numero adscriptus, ibique praeter alios Professores, Petrum Crugerum, Summum Astronomum, indefesso studio sectatus est. A. clō lōc xxx, relicta patria, Bataviam, Angliam, Galliam, & Germaniam peragravit, ac ubique locorum, quae ex re sua essent, observavit. Desiderio parentum, qui filium unicum videre optabant, retractus, A. clō lōc xxxiv in patriam rediit. Cum deinde, aliis rebus intentus, remissior in studio mathematico videretur, subinde a Crugero monitus est, ne illud scientiae genus, ad quod natus esse videbatur, negligeret. Praeceptoris hujus quondam sui monito permotus, in disci-

plinas mathematicas dies noctesque incubuit, ac scripta veterum recentiorumque Mathematicorum sollicitè & cum iudicio pervolutavit. Interea nec ea, quae ad publica civitatis munia rite obeunda necessaria sunt, neglexit, ac propterea A. cl̄o l̄oc̄ xli in numerum Senatus Candidatorum, seu Scabinorum receptus, A. cl̄o l̄oc̄ li, suffragante toto Senatu, Consulatum obtinuit in urbe palaeopolitana. Quod splendidum munus per xxx annos ita gessit, ut salutem publicam supremam semper legem haberet. Omnes qui penitus eum noverunt, uno ore profitentur, *eum fuisse pium, clementem, liberalem, facilem, justum, in rebus adversis constantem ac tranquillum.* Illa, quam dixi, Reipublicae administrandae cura distractus, animum tamen ad pristina studia subinde revulit, ex iisque honesti otii oblectamenta petiit, nullis parcens sumptibus in mathematicis instrumentis comparandis, partim etiam sua manu conficiendis. Qua re tantam sibi existimationem comparavit, ut nullus facile eruditus Gedanum veniret, qui non omni studio illa sibi conspicienda putaret, & conspecta expectationem suam superasse, confiteretur. Celebris ille mathematicus Pariensis Ismael Bullialdus sat longo itinere aliquando patriam meam adiit, ut, de dubio quodam in siderum scientia argumento cum eo colloqueretur. Qui vero coram eum convenire non potuerunt, saltem per literas amicitiam ejus ambierunt. Et harum tam frequens commercium fuit, ut in bibliotheca ejus XVI Volumina Epistolarum, a doctissimis, per totam fere Europam Viris, scriptarum, inventa fuerint, ex quibus Joann. Ericus Olhofius, Ged. 1683. 4. Excerpta quaedam cum orbe literato communicavit. Neque haec tantum privato.

vatorum, sed summorum quoque Principum erga nostrum studia extiterunt. Vnum ex iis, instar omnium, nominasse suffecerit magnum Poloniae Regem, Joannem Sobieskium, qui, cum primum aedes Hevelii nostri, quod postea saepe fecit, intrasset, apparatus pariter ac artem machinarum, imprimis Astronomicarum, ab eo confectarum, miratus, tactis humeris ejus: o egregium virum! exclamavit, & multa singularis erga illum voluntatis documenta dedit. Ei noster hanc vicissim gratiam retulit, ut clypeum ejus inter sidera referret. Longum esset praeclara de mathematico nostro doctorum virorum elogia commemorare, inter quos B. C. S. Schurtzfleischius illum *Aevi nostri Ptolemaeum*, (a) & *exactissimum, post homines natos, coeli terraeque mensorem* (b) nominare non dubitat, meritoque succenset Rob. Hooekio, Mathematico Anglo, quod sive rixandi libidine, sive intempestivo quodam gloriae studio, indignius meritis ejus detraxerit, & laudi, in hoc pulvere partae, obtrectarit. Neque tamen eruditissimus Consul calamitatum expers fuit. Taceo nunc gravissimum morbum, cum quo in tenera aetate ita conflictatus est, ut omnes de salute ejus desperarent: sed unum saltem exempli causa commemorandum puto. Est hoc incendium, quo tres ejus aedes una cum specula Astronomica & pretiosissimis instrumentis mathematicis A. cl. J. LXXIX. d. XVI. Sept. conflagrarunt. Non disputabo nunc, quid fiderum motui & vaticiniis inde deductis sit tribuendum: sed hoc tamen

(a) Epistol. T. I Epistola 227. p. 381.

(b) In Programmate, quo D. Mich. Sennertus memoriam Hevelii, a Carolo Christiano Kirchmayero Vittembergae reovandam, indicavit, A. 1688.

tamen reticere non possum, quod multi testes, hodieque superstites, & quotidiana fere Hevelii consuetudine usi, mihi confirmarunt, eum aliquot ante hebdomadibus funestum hunc casum ex astrorum contemplatione praedixisse, ipsumque adeo diem ejus designasse, quo, diligenter monuit civitatem, ut ab igne sibi caveret; ignarus tamen sibi ipsi discrimen illud imminere. Cum illuxisset dies fatalis, totum fere tempus antemeridianum precibus consumpsit, & post prandium aegre admodum ab uxore instante se adduci passus est, ut in praedium suum suburbanum, cum familiaribus quibusdam animi causa excurreret. Neque tamen sollicitudinem suam deposuit, sed ut jam ante discessum amico cuidam claves musaei sui commiserat, ita ingruente nocte non nisi anxius cubitum ivit, oculisque vix clausis e lecto resurgens, alta voce exclamavit: o ignem, flammam, incendium! o meas aedes, o me miserum! Comites ejus, qui ludis adhuc tempus fallebant, his verbis attoniti, initio eum somniare crediderunt, & ubi locorum sit ignis, quaesiverunt. Quibus ille respondit: ite foras, coelum aspici- te, & me non somniare, cognoscetis. Eunt foras amici, videntque flammis refulgentes rubentesque nubes, ablegant repente famulos ad civitatis portam exterioriorem, ut locum tanti incendii explorarent. Quaerentibus famulis custos & miles praesidiarius indicabat, aedes Hevelii flammis fere consumptas esse. His auditis, ad volant ad herum suum, tristem hunc ipsi nuntium allaturi. At ille tam aequo animo hoc infortuni- um tulit, ut confessionario suo, B. Andreae Barthio, Pastori ad aedem Cathar. ejus vicem miseranti, responderet: *Ferendum mihi est hoc onus, quod Deus propter peccata humeris meis imposuit.*

Ceterum jacturam illam insignem, repararant aliquo modo munera, ipsi ab Anglis & Batavis missa, ex quibus pleraque omnia instrumenta, flammis consumta, reconcinnavit. Obiit tandem fidus hoc Mathematicorum clarissimum A. clo lbc LXXXVII, ipso die natali suo, qui erat xxviii Januarii, anno aetatis LXXVI, additis quatuor horis, muneris XLVI. Leg. Descriptio vitae ejus germanica, orationi funebri, ab Andrea Barthio, supra laudato, habitae, annexa. Iconi Hevelianae Joann. Petrus Titius sequentes versus subjecit:

Ætheris, & vasti mensor celebratus Olympi,
Hunc vultum *Hevelius Magnus*, & ora gerit.
Conscia coelesti dispensans sidera mente,
Grande micat patriae fidus & ipse suae.

Scripta.

1. Machinae Coelestis Pars prior & posterior.
2. Selenographia, sive Lunae Descriptio, Gedani 1647.
f. cum fig.
3. Epistolae IV de Eclipsi Solari, ibid. 1645. f.
4. Eclipsis Lunae, A. 1681, d. 29. Augusti, mane, Gedani observata, per modum Epistolae.
5. Eclipsis Lunae totalis, cum mora, A. 1682, d. 21. & 22. Februarii, Vesperi & mane, st. n. Gedani observata, per modum Epistolae.
6. Occultatio Palilicii, A. 1681, d. 1. Januarii, vesperi st. n. Gedani observata.
7. Excerptum quoddam ex literis Hevelii, d. ix, Junii,

M

nii,

nii, A. 1682. Gedani datis, de Phoenomeno quodam aëreo observato, exhibent Lipsienſia Acta Erud. ad A. citatum, p. 292.

8. Excerpta ex Epiftola Joannis Hevelii, Lipſiam miſſa, d. 27. Novembris ſt. n. A. 1682, (1) De Variatione acus magneticae. (2) De Cometa, anno eodem, Menſe Auguſto & Septembre viſo. (3) De Phoenomeno quodam circa auroram deprehenſo. Leg. Act. Erud. Lipſ. ad A. citatum p. 388. ſqq.

9. Occultatio Palilicii, Gedani A. 1683, d. 9. Januarii ſt. n. Veſperi observata.

10. Succincta Hiſtoriola de Tribus Conjunctionibus magnis, Saturni, Jovis, & Martis, Gedani exeunte A. 1682, & initio 1683 uſque ad 28 Maji, ſt. n. observatis.

11. Observaciones circa nonnullas Occultationes fixarum ſtellarum, Gedani A. 1683 habitae.

12. Hiſtoriola Cometae, A. 1683 viſae.

13. Conjunction Lunae & Palilicii, de die observata, Gedani A. 1683. d. vi. Novembris, ſt. n.

14. Transitus Lunae & Stellae in medio corpore Leonis infimae, Tychonialis in ventre australioris, A. 1683. d. Saturni 13. Novembris, ſt. n. mane Gedani observatus.

15. Scutum Crucis Regium Sobieſcianum, aſtris infertum. A. 1684. f. & A. 1690. f. Quod annexum poſtea Prodromo ejus Aſtronomiae mox citando.

Joannes Petrus Titius hunc Hevelii laborem animo calamoque per modum Epigrammatis veneratus eſt, quod ita incipit:

He

Hevelium, superos quae gnara refingeret orbes,
Dudum expectabant sidera pulchra manum. &c.

16. Annus Climactericus, sive Rerum Vranicarum Observationum Annus XLIX, exhibens diversas occultationes tam Planetarum, quam Fixarum, post editam Machinam coelestem, Gedani sumtibus Autoris (addo typiseriam ac fig. aeneis longe pulcherrimis ornatus) 1685. f.

17. Prodrumus Astronomiae, & Novae Tabulae Solares, quibus additus uterque Catalogus Stellarum fixarum, nec non Tabula Motus Lunae libratorii, ad duo secula proxime ventura. It. Firmamentum Sobiescianum, sive Vranographia, totum coelum stellatum, quoad singula sidera accurate delineatum, exhibens, Gedani, ex officina Joann. Zach. Stollii 1690. f.

18. Cometographia. Scriptum hoc Hooekium male habuit, adeo, ut Cometarum figuras, ab Hevelio, ex propriis observationibus in ea descriptas, pro germanis non agnoverit. Leg. Opera Posthuma Rob. Hooekii, publicata a Richardo Wallero, Londini 1705. f.

19. Prodrumus Cometicus, Gedani, 1665. f.

In hoc Prodrumo, Cometarum originem repetit ex vaporibus, & exhalationibus coelestibus, quae ex Sole & Planetis oriuntur. Quam sententiam sub examen eodem anno vocavit Petitus, libro gallice perscripto: *Dissertation sur la Nature des Cometes*. Scripsit interim Hevelius hunc librum occasione Cometae insignioris A. 1664. apparentis. Intercessit ipsi praeterea cum Auzuto aliqua controversia de positu illius Cometae,



quem Hevelius sibi observasse videbatur, contra sententiam Gallorum, Itolorum & Anglorum. Qua de lite passim legi possunt Ephemer. Erudit. A. 1666 a Nisfchio latine translatae, p. 148.

20. De Nova Stella in cygno detecta.

21. De Nativa Saturni Facie.

22. Mercurius in Sole, A. 1661.

XXXI.

D. ERNESTVS GOTHOFR. HEYSEVS.

Impertivit huic primam lucem Anni cō Isc LVII. dies VI. Martij, patremque habuit Abrahamum Heyseum, Diaconum primum ad aedem SS. Trinitatis, deinceps Pastorem Joannaeum, tandem Pastorem aedis Marianae Summae, Gedani, percelebrem, qui obiit A. cō Isc LXXX. Quamvis Heyseus noster Parentem dulcissimum matura sibi morte ereptum esse sentiret, eam tamen in studiis adhibuit diligentiam, ut dignus haberetur, qui A. cō Isc LXXXII, d. XVI. Octobris in Academia Montispefulani summos in arte salutari honores acciperet, Membrumque Societatis Curiosorum, ab Anatomico Parisiensi percelebri Josepho du Vernay A. 1680, mense Februario sancitae, renunciaretur. A. cō Isc LXXXIII. d. XXV. Julij redux in patriam, extra officium publicum vitam degit, neque tamen defuit unquam iis, qui operi suam implorarunt, donec circa exitum Anni cō Isc LXXXVII ad Physicæ & Medicinæ Professionem P. & Ordinariam, in Gymnasio patrio vocatus, anno statim inferenti, d. XXI. Januarii, praemissa Oratione auspicali, de
Me-

Medico Religioso, Introducente D. Sam. Schelgvigio, t. t. Rectore Gymnasii, spartam sibi demandatam animose aggressus est. Obiit A. cto lxxcxi, d. xx. Augusti, annum aetatis xxxvi, muneris Professorii vi, agens. Leg. ejus Vita, quae ab Heyseo propria manu descripta, & typis expressa reperitur sub finem Orationis funebris, a Benedicto Figkio, aedis Marianae Diacono, in ejus obitum habitae, Gedani. 1693. f. Add. Praetorii Athen. Gedan. p. 145. sqq.

Scripta.

1. Disp. de *Auloxesigla* seu spontanea morte, sub Praesidio B. D. Sam. Schelgvigii, ab Auctore Respondente habita, Gedani. 1678.
2. Arenaee Apollinares Montpelienfes, certaminibus requisitis, pro brabaeo in Medicina reportando, tritae, Montpelii. 1682.
3. Descriptio Castoris, maris, Gedani dissecti, A. 1684.
4. Descriptio Castoris, foemellae, Gedani dissectae, a e. Conf. de utraque descriptione Act. Erud. Lipf. ad A. 1684, p. 361.
5. Oratio Auspicalis de Medico Religioso, cum P. P. in Gymnasio constitueretur. Gedani. 1688. 4.

XXXII.

D. ENOCHVS HVTZINGIVS,

Editus in lucem est A. C. cto lxx, honestissimis & spectatae famae parentibus, Patre ejusdem nominis, Pastore Jo-

annitano Gedanensi meritissimo, anno clō Ibc xxxiii defuncto. In Gymnasio patrio ad ampliora studia praeparatus, celebrem Academiam Rostochiensem salutavit, ibique A. clō Ibc xxix, d. xv. Novembris, in quod ipsum tempus Jubilaem Academiae tertium incidebat, inter duo de viginti Viros, octavum tenens locum, summis in Philosophia honoribus, Decurione Ordinis Philosophici, Petro Saffio, insignitus est. A. clō Ibc xxv, in inclyta hac Vittembergensi Academia ab Summe Venerando Theologorum ordine, D. Friderico Balduino, Decano, SS. Theologiae Licentiatu renunciatu est. A. clō Ibc XXXIIIX, in Athenaeo patrio Logices & Ebraeae Linguae Professor declaratus, biennio post, munitus Sacerdotis Reichenbergensis, in insula Gedanensium Stublaviensi, suscepit. Vix per biennium ea sparta defunctus, Reichenbergense Sacerdotium cum Rosenbergenſi in Prussia ulteriore commutavit. Inde in Academiam Rostochiensem reduci, a Seren. Dn. Adolpho Friderico, Duce Meclenburgico, Professio Theologica demandata est. Qua dignitate permotus, Academiam hanc ad Albim percelebrem repetiit, ibique A. clō Ibc XXXIIIX, d. XXVII, Augusti, Decano D. Jaboco Martini, a D. Wilhelmo Lyſero, una cum quatuor competitoribus Balthasare Balduino, Martino Caselio, Simone Vrfino, & Michaele Behmio, SS. Theologiae D. creatus est, ac muneri deinceps Theologico, in Academia Rostochiensi, denuo quidem praefuit, sic tamen, ut locus inter Rev. Concilii Theologici Assessoris ipsi non daretur. A. clō Ibc LIII, M. Novembri, diplomate Serenissimi Ducis Adolphi Friderici stipatus, in Belgium tendit, Hagaeque

que Comitum, primariae Ecclesiae Lutheranae munus adi-
 it, anno tamen elapso ab Ecclesiae illius loci Collegio, pari
 diplomate munitus, Duci suo Meclenburg. remissus est. Ab
 illo tempore, cum extrema soepe conflictatus paupertate,
 orbem peragrare, opemque exterorum, denegatis ei a pa-
 tria vitae praesidiis, implorare coactus est. Obiit tandem
 Rostochii A. clō Ibc LXXIIIX, d. VII. Junii, ibique, honori-
 fice, collatis ab optimo quoque pecuniis, terrae mandatus est.
 Leg. Programma funebre, in ejus obitum confectum, &
 Rectore D. Aug. Varenio, tabulis publicis affixum, quod
 Summe Vener. D. Georg. Henr. Goetzius Elogiis Theol.
 Germ. p. 520. inseruit. Add. Plurimum Rever. Ephraimi
 Praetorii Athen. Gedan. p. 67.

Scripta.

1. Libellus de Peste, ejusque Nomine, Descriptione,
 Causa, Signis, Cura, Fuga, Historia, Capp. IIX. constans, Ge-
 dani 1629. 4.
2. *Christliche Trost-Predigt über das Evangelium von der
 Wittwen Sohn zu Nain, in der Pfarr-Kirche zu Wittenberg A.
 1625. gehalten.* Rostock 1640, 4.
3. *Christliche Predigt über das Evangelium am Sonntage
 Invocavit, zu Groß-Zünder, den 13. Februarii 1630. gehalten.*
 Dantzig, 1630. 4.
4. Disputatio de Ministerio Ecclesiastico, Rostochii
 1640. 4.

XXXIII.



XXXIII.

BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS.

Philosophus hic celeberrimus, & SS. Theol. Licentia-
 tus vitam orsus est, A. C. clō bLXXIII, patremque nactus
 Georgium Keckermannum, ab honesta Keckermannorum
 familia, Stargardiae in Pomerania oriundum, qui in aula
 Barnini, Ducis Pomeraniae, multis annis honorifice habi-
 tus fuit, postea vero inquietioris illius vitae aulicae pertae-
 sus, Dantiscum venit, ubi Pro-Rectoris Scholae Marianaе mu-
 nus sustinuit, ac tandem ad mercaturam animum adiecit.
 Ab hoc parente privatos intra parietes sollicitè educatus, in
 Athenaeo patrio sub institutione Jacobi Fabricii, Gymnasii
 Rectoris, egregias in literis fecit progressiones. Anno aetatis
 XIX. in Academiā Vittembergensem missus, per biennium
 in studia tum philosophica, tum theologica strenue incubuit.
 Hinc Lipsiam petiit, mensesque ibi sex commoratus, Hei-
 delbergensem Academiā salutavit, ubi, impetrata ab or-
 dine sapientum lauru Philosophiae, a Friderico IV. Elect.
 Palat. ad gubernandam classē tertiam illustris Paedagogii,
 vocatus est, mox etiam Praeceptoribus Collegii philosophi-
 ci adscriptus, tandemque in eadem Academia Professioni
 Linguae sanctioris praefectus est. Defuncto Dantisci Petro
 Loffio, Magnificus Reipubl. Gedanensis Senatus, cui erudi-
 tio civis hujus satis nota atque perspecta erat, A. clō bxcviii
 literis, publico nomine scriptis, eum ad Pro-Rectoris in A-
 thenaeo patrio munus honorifice invitavit. At ille tamen
 morem gerere non potuit, existimans, se Academiā Hei-
 del-

delbergenſem absque ſummo dolore & ſtudiorum diſpendio relinquere haud poſſe. A. cō Iōc i ab eodem Senatu patrio ruruſus ad Profeſſionem illam in Gymnaſio publicam vocatus eſt. Qua repetita vocatione accepta, ſolum prius vertere noluit, quam in Theologia ſummi honoris capeſſendi Licentiam A. cō Iōc ii, d. XXIII. Martii, ſub D. Davide Pareo adeptus eſſet. Quo facto, Heidelberga in patriam rediit, dilatis tamen propter peſtem lectionibus publicis, hoc anno officii partes obire non potuit, cumque Pro-Rectoris in ſe recipere munus modeſte reuſaſſet, Philoſophiae utriusque Profeſſor conſtitutus eſt. Quod munus tanta prudentia, tantoque geſſit ſtudio, ut intra triennii ſpatium totum Philoſophiae orbem abſolviſſe dicatur. Haud ullus liber doctior lucem aſpicere poterat, quem non magna ſollicitudine evolveret ac perleſtitarer. Factum hinc, ut illa in ſtudiis intemperie, morbum hypochondriacum, ipſamque mortem ſibi acceleraret A. C. cō Iōc ix, d. XXV. Julii, annum aetatis XXXVII agens. Imagini Keckermannianae, in forma octava editae, ſequens Epigramma, a Petro Janichio, Colbergenſi-Pomerano, ſubjunctum legitur:

Triginta & ſeptem nondum compleverat annos

Keckermannus, ita conſpiciendus erat.

Enituit blando veneranda modeſtia vultu,

Gratiaque in tenero corpore ſumma fuit.

Ingenium ſolers, mens enthea, vivida Mneme,

Doctrina excellens, pectus amansque Dei.

Legantur de noſtro Melch. Adami Vitae Philoſoph. Germ.

N

p. 232,

p. 232, edit. Francof. ad Moenum A. 1706. f. Ephraimi Praetorii Athen. Gedan. p. 46. sq. Quibus add. Zeilleri P. II. Script. Hist. p. 80. Voffius de Hist. Graecis, p. 223.

Scripta.

Horum, praesertim Philosophicorum, cum fatis ingens numerus sit, singula hic recensere superfedeo, idque hoc magis, quo diligentius pleraque omnia ejus scripta Philosophica, sub Systematis Systematum titulo, cura Joannis Henr. Alstedii collecta, prodierunt Hanov. 1614, Tomis II. in 4. majori. Theologica ejus Scripta haec fere sunt:

1. Carmen Heroicum de S. Angelis. Vitteemb. 1590. 4.
2. *Zweue Christliche Predigten vom Begräbniß Christi; zum*
H. *Dreysaltigkeit in Dantzig gehalten.* Gedani. 1610. 4.
3. Systema SS. Theologiae. Colon. Allobrog. 1611. 8.
Edidit Adamus Goslavius a Bebelno, Eques Polonus, Refutationem eorum, quae Bartholomaeus Kecker-
mannus L. 1. Systematis hujus, adversus eos, qui so-
lum Patrem Domini nostri J. C. esse illum Deum Is-
raelis; Filium vero Dei, neminem alium prae-
ter & ante eum, qui ex Maria Virgine est natus, con-
fitentur, disputat. Praemissa est Autoris Dedicatio, Am-
plissimo Senatui Gedanensi inscripta, Krassloviae 1607.
Recusus est ille Liber Racoviae 1613. 8.
4. Praeparatio ad S. Synaxin. Hanov. 1611. 8. &
1617. 8.
5. Rhetorica Ecclesiastica. Hanov. 1613. 8.

XXXIV.

XXXIV.

LVCAS de LINDA,

Reipublicae patriae a secretis fuit, & obiit A. cto lccLX,
d. XVI. Octobris, aetatis XXXV. Hujus summam in stu-
diis diligentiam, praemissis nonnullis, de ardua ad culmen
honoris via, versibus sequentem in modum Joachimus Pa-
storius P. I. Sylvarum, p. 107. decantavit:

Tu cultae *Lindianae* gentis furcule,
Et literatae svave Corculum gregis,
Generose *Luca*, hanc institisti semitam
Laborioso semper, & fausto pede.
Nunquam voluptas avocavit devia,
Non & veterenus desidem te sopiit.
Instas tibi usque, nil moratus taedii
Molestias, *nullique sedens arduo.* (*)

Scripta.

- I. Descriptio orbis & omnium Rerumpublicarum.
Christianus Gryphius, Rector apud Vratislavienses
Gymnasii D. Mariae Magdalenae celeberrimus, in Dif-
fertatione Isagogica, de Scriptoribus, historiam Sec. xvii
illustrantibus, edita Lipsiae, A. 1710. 8, praefationis
p. 9. observat, Lucam de Linda in hac Descriptione
Orbis cum Galli cujusdam vitulo aravisse, qui sub li-

N 2

te-

(*) Alludit ad anagramma ex ejus nomine.

teris D. T. V. Y. librum edidit, quem nominat Les E-tats, Empires & Royaunes principales du Monde, quem & postea sub tit: Archontologiae Cosmicae latine transtulit Joann. Ludov. Gothofredus, & Germanice cum continuatione edidit Georgius Christophorus Haynius.

2. Eulogia ad nomina Clarissimorum, Excellentissimorumque Virorum Academiae Vittembergensis, teste Wittenio, Diarii Biograph. P. II. p. 83. a.

XXXV.

M. PETRVS LOSSIVS.

Natus hic est A. C. clb lxxiix, d. xxv. Julii, patre M. Petro Lossio, qui primo Inspectorum Stipendiatorum Illustr. Elect. Saxoniae Lipsiae, postea Professorem Philosophiae & Con-Rectorem instaurati Gymnasii Gedanensis egit, tandemque Pastor Wotzlaviensis in Dantiscanorum insula Stublaviensi, A. clb lxxii peste consumtus, obiit. Quam male hic & contra institutionem Christi, aliquando S. Caenam administraverit, vide sis apud Hartknochium, H. E. Pr. L. III. c. V. p. 773. Sed revertimur ad hunc ejus filium, qui annum aetatis agens xliix, in locum Danielis Asarici, Professoris Philos. & Bibliothecarii, in Gymnasio patrio, successit. A. clb lxxiv, Graecae Linguae professionem sustinuit. Quid? quod ex Praeterio l. c. p. 54. 55, constat, eum quoque Oratoriam profanam, Phisicamque pariter auditoribus suis praelegisse. Obiit tandem A. C. clb lxxxix, d. xxvii. Septembris, aetatis lli.

Scri-

Scripta.

Disputationes varii argumenti: (1) De nomine Physices. Ged. 1627. (2) De Principiis Rerum Naturalium. Ibid. 1627. (3) De affectionibus corporum naturalium, Motu, Loco, & Tempore. Ibid. a. e. (4) De Fossilibus & metallis. Ibid. 1630. (5) De Lapidibus & Gemmis. Ibid. 1631. (6) De Βαλχοχουνομαχία Homeri. Ibid. 1631. (7) De succis & terris mineralibus, Ibid. 1633. (8) De Motu, Ibid. a. e. (9) De sensu & sensibili, Ibid. 1634. (10) De Fortitudine, Ibid. 1634. (11) De Virtutibus homileticis, Ibid. 1636. (12) De Putredine. a. e. (13) De Coelo. Ibid. a. e. (14) De Fulmine in Genere; cum auctario de Fulmine A. 1636, d. 12. & 13. Julii, itemque d. 5. Augusti Gedani facto. De quo Leg. Reinoldi Curicke Descript. Urbis Dantisc. L. III. c. XXVI. p. 279. b.

XXXVI.

HENRICVS MARTINIVS, (*)

Medicinae D. & Ducis Brigenfis in Silesia Archiater, qui obiit A. C. 1606 Lx xv, d. x. Februarii. Leg. Wittenii Diar. Biograph. P. 1. ad A. citatum.

Scripta.

1. Anatomia Vrinae Galeno-Spagyrica, A. 1659.
2. Ars pronuntiandi ex Vrinis, tam rationalis, quam mechanica.

N 3

XXXVII.

(*) Non est confundendus cum *Joanne Martino*, quem Koenigius Biblioth. V. & N. p. 514, pariter Dantiscanum nominat, illique tribuit Observationes in Malachiam.

XXXVII.

JOSIAS MENIVS. (*)

Hunc Magistrum nominat Plur. Rever. Dn. Ephraim Praetorius, Athen. Gedan. p. 228, eumque A. cō dō L X I I. Rectorem fuisse Gymnasii Elbingensis, ex Professorum Gedanensium scripto, de Germanicis Fabularum actionibus, D. Joanni Placotomo, A. cō dō L X I V opposito, probat. Ad quam Rectoris spartam, a Bochmanno relictam, Josiam nostrum accessisse A. cō dō L I I, idem colligit, eum vero hinc A. cō dō L X I V,

- (*) Non est confundendus (1) cum *Justo Menio*. Superintendente Isenacensi, cujus vitam praeter alios biographos prolixè descripsit Christianus Franciscus Paullinus, Syntagm. Rerum & Antiqu. Germanicarum, p. 137. 199. eumque humani quid fuisse passum, dum Catechismum Lutheri reformavit, minime dissimulat. (2) Cum *Friderico Menio*, Prof. Juris in Acad. Doerptana, cujus *Historischer Prodromus des Liefländischen Rechts und Regiments* prodiit Doerptae 1633. 4. (3) Cum *Nicolao Menio*, Pastore Custrinensi, qui obiit 1611, & in Marchia pro omnipraesentia Carnis Christi strenue pugnavit. (4) Cum *M. Matthia Menio*, Dantiscano, vel fratre, vel filio suo, Calendariographo & Astronomo insigni, primo in Gymnasio patrio, postea Regiomonte Prof. P. Mathematicum, qui, peste infectus, diem suum obiit A. cō dō cē, d. i. Junii, aet. 57. Legantur Praetorii Athen. Gedan. p. 37. Hic Menius, Bartholomaei Sculteri, Gorlicensis, Gnomicon germanicam, ex editione Gorlicensi, A. 1572, f. manu sua dedicavit Sebastiano Theodorico, Med. D. & Mathem. P. P. Vitemb. Praeceptoris suo, quod exemplar extat in Bibliotheca publica Vitembergenfi.

LXIV, d. VII. Martii discessisse, a Senatu exauctoratum, ex MScto quodam confirmat. Ceterum neque hoc omittendum esse duco, familiarem hunc Menium Philippo Melanchthoni fuisse, quod Epistolae Melanchthonis, ad eum non solum datae, sed & ad D. Joannem Placatomum de Josia scriptae satis testantur. Sic enim A. MDLII, Nonis Juliis ad Doctorem nominatum scribi: *Tibi Josiam Menium commendo, teque oro, ut apud Clarissimum & Magnificum Virum, Dn. Joannem a Werden causam ejus agas, ac petas, ut Adolescentis modesti studia juventur. Specimen ingenii (quod infra recensui) & ipse Dn. a Werden, & tu ex carminibus, quae mitto, judicare poteritis. Dux Megalopurgensis donabat adolescenti decem Ioachimicos. Et alibi in Epistola, d. 1. Octobris ejusdem anni, sequentem in modum ad Placatomum scribit: Josiae studia tibi commendo, quem jussi rursus interpellare Virum Magnificum Dn. Joannem a Werden. Sed opus est nobis tuo patrocinio. Mitto igitur tibi ipsius poema. Et tunc quoque Epistola Melanchthonis ad Menium ipsum, quae eum stimulat, ut adolescentibus suis regulas grammaticales inculcet, scribens: Non mihi plus sapientiae & judicii sumo, quam quantum fuit in Quintiliano, de quo scriptum est: Quintilianae vagae moderator Summe iuventae. Is vult adolescentes grammaticales regulas ita discere, ut intelligant, quid recte dictum sit, & non recte dictum sit. Quare valde te hortor, ut assiduam in illis regulis inculcandis & repositendis praestes. Leg. Epistolae Philippi Melanchthonis, Lugd. Batav. 1647, 8. junctim editae, p. 1. 285, & 290.*

Scri-

Scripta.

1. Allegoria picturae Georgii, significantis Principem
pium & salutarem, carmine descripta, Vitteemb. 1551. 4.
2. Elegia de Excubiis Angelicis, scripta ad Magnifi-
cum Virum, sapientia & virtute praestantem Dn. Joann. a
Werden, Equitem auratum, Burggrabium, & Consulem in-
clytae urbis Gedanensis. Vitteemb. 1551. 4.
3. Elegia ad eundem, in qua, praemissa ejus laude,
psi quovis modo studia sua commendat. Vitteemb. 1551. 4.
4. Elegia de conspectis in caelo imaginibus, non pro-
cul a Brunsviga A. 1553. 4.

XXXIIX.

JOANNES MOCHINGERVS. (*)

Editus hic in lucem est A. C. MDC LII, d. xx. Martii,
jactisque in Gymnasiis, tum Toruniensi, tum Gedanensi
literarum tyrociniis, celebres has ad Albim Athenas A. MDC LXX
xx petiit, ibique per quadriennium commoratus, vi-
sa Batavia, Anglia, Gallia, in Germaniam rever-
sus est, & Argentorati per biennium substitit.

(*) Ομάριον habet *Martinum Mochingerum*, artis salutaris D.
Thoruniensem Burggrabium Regium ac Prae-Cos. a Sigis-
mundo III, Rege, in comitiis publicis A. 1788. in numerum
nobilium Poloniae receptum, qui legatione Bibliothecae
propriae, Thoruniensi Bibliothecae illatae, nomen suum
aeternitati consecravit. Leg. Hartknochii H. E. Pr. L. IV.
c. V. p. 923.

Wittenberg, Diss., 1715

VD10


ULB Halle

3

005 390 001







B.I.G.

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Farbkarte #13

2. D. B. V.
DE

16./14

SERVVDITIS

EDANI

1715

9

ORTIS

DISPVT. I,

QVAM

ENISSIMI PRINCIPIS ET DOMINI,

DOMINI

RICI AVGVSTI

NICI HEREDIS, ET RELIQVA,
PRAESIDE

GVIL. IANO,

HIST. P. P.

APRIL, A. O. R. M DCC XV,

VDITORVM DISQVISITIONI

SVMMITTET

AVCTOR

EAS CHARITIVS,

GEDANENSIS,

38.

EX OFFICINA HORNIANA.

Inches
Centimetres

